COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.

VOLVMINIS XXXIV. PARS III.

LIPSIAE, MDCCXCII.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
Venduntur etiam
Londini apud Pr. Elmsly, Edinburgi apud Elph. Balfour, Lugd. Bat. ap. Fratres Luchtmann, Parisiis apud Barroi Iunior. Venetiis apud Io. Bapt. Pasquali, Mediolani apud Ios. Galeazzi, Augustae Taurinor. apud Guibert et Orgeas, Florentiae apud Ios. Molini, Holmiae apud M. Swederum, Lisbonnae apud M. Borell et Socios, Lausannae apud I. H. Pott.

I.

ntomologie, ou hiſtoire naturelle des Inſectes, avec leurs caractères génériques et ſpécifiques, leur deſcription, leur ſynonymie et leur figure enluminée. Par Mr. OLIVIER, Docteur en médecine, de l'académie des ſciences, belles lettres et arts de Marſeille, correſpondant de la ſociété royale d'agriculture de Paris. Coleoptères. Tome ſecond. A Paris, chez Baudouin, ſe et trouve à Strasbourg chez Amand König, libraire. 1790.

i. e.

ntomologia, ſiue hiſtoria naturalis inſectorum, cum eorum characteribus genericis ac ſpecificis, deſcriptione, ſynonymia iconibusque coloratis. Auctore OLIVIER, medicinae doctore, academiae ſcientiarum, literarum elegantiorum et artium Maſſilienſis ſocio, ſocietatis regiae agriculturae Pariſienſis correſpondente. Coleoptera. Tomus ſecundus.

De tomo primo huius operis ſplendidi in commentariis noſtris iam actum eſt *). Pari diligentia equentes recenſebimus. Miſſus, qui initium ſecundi tomi faciunt, a *dermeſte* incipiunt, cuius octodecim ſpecies ſiſtuntur. Nomen huius generis deriuatum eſt a vocabulo graeco, quod cutem ſignificat,

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXXIII. Part. I. p. 136.

quoniam pleraque horum inſectorum inprimis l
les animalium in rerum naturalium collectio
ſeruatorum, tum eas, quae in pellionum offic
praeparatae proſtant, adgrediuntur. Inſignes
praedones, ſummumque ſaepe tum muſeorum
ſeſſoribus tum pellionibus damnum inferunt.

Genus inſequens *nicrophorum**), hoc eſt, ſi
men graecum latine vertas, veſpillonem, con
ſtitur. Tantummodo quatuor hoc genus ſpec
continet. *Caſſida* continet vnam et viginti. *Nit*
la triginta tres. *Byrrhus* decem. *Anthrenus* q
que. *Sphaeridium* quaduordecim. *Ptinus* dec
Ptilinus vnam. *Ips* viginti quatuor. *Scaphidium* q
tuor. *Melyris* ſeptendecim. *Lymexylon* quinq
Telephorus viginti etc. — Haec inſecta habita
ingrato et odore, quem exhalant, foetido, fere
dicant, qua viuant ratione, et quae loca incol
Interdum in campis reperiuntur: ſed inſtincta q
dam mota loca quaerunt tenebroſa et ſolitaria,
abſcondita ſunt animalium cadauera et excremen
quibus veſcuntur. Odorem horum inſectorum fo
tidum his ſubſtantiis animalibus putreſcentibus, q
perrepunt comeduntque, originem ſuam debere,
argumento eſt, quod talia inſecta recens nata neq
adhuc huiusmodi alimentis paſta nullum odorem ſpa
gunt. Igitur vſus horum inſectorum in oeconomia n
turae generali is fuerit, quod tellurem ab inquinamen
tis purgant, quae a ſubſtantiarum organicarum deſtru
ctione vel decompoſitione nunquam non oriuntur.

Pars hiſtorica vitae morumque cuiusuis gene
inſectorum nihil non continet, quod attentione d
gnum ſit. Clariſſimus OLIVIER, vt peritus natur
ſcrutator, quidquid de ſingulis generibus reperi
pot

*) Debebat eſſe *necrophorus*.

otuit, diligenter adnotauit. Non modo celeberri-
um illuſtremque naturae ſcrutatorem, REAUMU-
RUM, imitando expreſſit, ſed etiam longe vlterius
rogreſſus eſt. Nam cum princeps ille entomolo-
orum Gallorum diſſertationibus ſuis deſcriptioni-
usque tantummodo certas inſectorum claſſes com-
lexus ſit, noſter vniuerſam hiſtoriam naturalem in-
ectorum Europae totiusque vniuerſi perſequitur.
raeter enarrationem claram, ſuccinctam diligen-
mque eorum, quae ſingula ſpectant inſectorum ge-
era, hoc opus continet anatomiam completam tum
nſecti, tum laruae. Sequuntur poſt ſpecies, earum
haracteres peculiares, varia nomina latina gallica-
ue, loca, vbi naſcuntur commoranturque, indica-
o muſeorum, in quibus aſſeruantur, docta inqui-
itio in ordinem a ſingulis entomologis conſtitutum.
Huius miſſus multos locos exhibet, vbi inſecta de-
cribuntur noua, prius incognita, nec vnquam de-
cripta, quae noſter demum detexit.

LINNAEVS refert ſecundum CRAMERVM, lar-
as inſectorum noxias arſenici aluminisque ope ne-
ari poſſe. Sic noſter vtile dulci ſemper coniungit.
n quolibet genere obſeruationes leguntur prius in-
ognitae neque nullius momenti.

Reſtat, vt aliqua loca huius entomologiae vni-
erſalis cum lectoribus noſtris communicemus.

N. 10. *Nicrophorus.*

„Nicrophori a LINNAEO et plerisque entomo-
„logis inter ſilphas relati ſunt. SCOPOLI et GEOF-
„FROY inter dermeſtas eos collocarunt. GLEDITSCH
„alicui horum inſectorum nomen *veſpillonis* dederat,
„quoniam illud viderat ſub terra defodere cadauera
„animalculorum, quibus veſci aſſolet. FABRICIVS
„cum in his inſectis characteres reperiſſet ad genus
„peculiare formandum accommodatos, genus no-
„vum conſtituit nicrophorumque vocauit.

„Antennae breues, craſſae, fere rotundat„maxillaeque ex duabus compoſitae partibus, quarum „vna exterior, longa, baſi tenuis, fereque antennu„lae ſimilis eſt, nicrophoros a ſilphis dermeſtiſque „ſatis diſtinguunt.

„Antennae nicrophororum fere ſunt longi„dine capitis, vndecimque articulis conſtant, quo„rum primus longus nonnihilque tumidus, ſecun„dus exiguus, admodum breuis, ſequentes rotundati ſunt, quatuor vltimi efformant maſſam ſat craſſam, fere rotundam ac foliatam.

„Os conſtat e labio ſuperiore, duabus mandi„bulis, duabus maxillis, labio inferiore, quatuorque „antennulis.

„Labium ſuperius corneum eſt, emarginatum „et ciliatum.

„Mandibulae ſunt corneae, arcuatae, acutae, „edentulae.

„Maxillae fere corneae ſunt, e duabus compo„poſitae partibus, quarum altera exterior rotundata „eſt, baſi tenuis, nonnihil arcuata, fere longitudi„ne antennulae, altera breuis ſatisque ampla.

„Labium inferius prominulum eſt, baſi cor„neum, extremitate membranaceum, tenue, nonni„hil emarginatum.

„Antennulae anteriores ſunt filiformes, qua„tuorque conſtant articulis, quorum primus admo„dum exiguus eſt, duo inſequentes ſunt aequales et „conici, vltimus paullo minus latus eſt propemo„dumque cylindricus. Inſertae ſunt ad baſin partis „exterioris maxillarum. Poſteriores eadem fere cum „anterioribus longitudine ſunt filiformes et e tribus „articulis compoſitae fere aequalibus. Inſertae „ſunt ad partem lateralem, nonnihil anteriorem la„bii inferioris.

„Ca-

„Caput horum inſectorum ſat magnum eſt, nonnihil inclinatum et a thorace diſtinctum. Oculi ſunt oblongi, et neutiquam prominent.

„Thorax aliquantulum compreſſus eſt, vndique marginatus, margine anterius plus minusue erſecto.

„Elytra plerumque breuiora ſunt abdomine, duasque obtegunt alas membranaceas, replicatas, quibus inſectum nonnunquam vtitur. Clypeus eſt ſat magnus, triangularis, inque apice nonnihil obtuſus.

„Corpus forma eſt aliquantulum oblonga. Abdomen eſt ſatis breue, in apicem deſinens ſexque annulis compoſitum. Pedes ſunt craſſi ſatque fortes. Femora poſteriora ſunt nonnihil tumida. Crura anteriora inſtructa ſunt dente laterali forti, exeuntque in duas ſpinas ſatis fortes.

„Tarſi ſunt filiformes, et quinque articulis compoſiti, quorum quatuor priores longitudine decreſcunt, vltimus eſt elongatus duobusque terminatus vncinis admodum fortibus. Tarſi anteriores breuiores ſunt ac multo magis lati ceteris; quatuor priores articuli ſunt cordati, ac parte inferiore admodum hirſuti

„Nicrophori inſecta ſunt, quorum odor fortis et iniucundus ſatis indicat, quae loca habitent, quibusque materiis veſcantur. Vt multa alia inſecta, hanc praeſtant vtilitatem, quod carnes putridas excrementaque, quae alioquin aëris atmoſphaerici bonitatem peſſundarent, conſumunt. Inſtinctus, organiſationi nunquam non accommodatus, facit, vt avide quaerant cadauera animalculorum, vt iis pro cibo vtantur; eſtque phaenomenon attentione ſane dignum, ſi quis eos videat odore cadaueroſo illectos coire opusque ſociatis viribus aggredi, ſicque tranquille laborum ſuorum fructus auferre. Simul

„enim talpae aut muris cadauer putreſcens foetore
„ſpargit, maiori minoriue numero accurrunt,
„genterque et laborioſe terram circa cadauer
„que effodiunt, quod ſic paullatim abſconditur.
„ratione, etſi operae non apparent, opus tamen
„ſoluitur, omniaque tum euaneſcunt. Quatuor
„quinque horum inſectorum hoc modo talpae
„ver intra viginti quatuor horas ſepelire poſſunt.
„Tum omni metu libera in cadauer ſepultum ingre-
„diuntur, tranquilleque eo veſcuntur. In his ca-
„veribus etiam oua ſua deponunt, laruaeque ipſo-
„rum viuunt.

„Laruae nicrophororum longae ſunt, albida
„cinereae, capite bruno. Corpus earum e duode-
„cim conſtans annulis anterius in parte ſuperiore la-
„bet laminam exiguam ſquamoſam colore ferrugineo.
„Laminae vltimorum annulorum inſtructae ſunt ca-
„ſpidibus exiguis eleuatis. Caput durum eſt, ſqua-
„moſum, mandibulis armatum ſatis fortibus et fa-
„cantibus. Sex habent pedes ſquamoſos, perbre-
„ves, affixos tribus primis corporis annulis. Vbi
„in maximam longitudinem excreuerunt, in terram
„maiori, quam pedis vnius, profunditate ſeſe info-
„nuant, foramen ouale effodiunt, quod materia glu-
„tinoſa, vt parietes ne corruant, inueſtiunt, ibique
„in nymphas transmutantur. Inſectum perfectum
„inde emergit poſt tres quatuorue hebdomadas."

Character generis.

„*Antennae vndecim articulatae; articulus primus*
„*longior, ſubcylindricus, ſecundus breuiſſimus, alii re-*
„*tundati, vltimi quatuor clauati, claua maiori rotun-*
„*data, perfoliata.*

„*Labium ſuperius corneum, emarginatum, ci-*
„*liatum.*

Man-

„*Mandibulae corneae, arcuatae, acutae, inermes.*

„*Maxillae ſubmembranaceae, bipartitae; lacinia exteriori multo longiori, rotundata, arcuata; interiori breuiſſima.*

„*Labium inferius porrectum, baſi corneum, apice membranaceum, ſubemarginatum.*

„*Palpi quatuor filiformes, ſubaequales; anteriores quadriarticulati; articulo primo minimo, ſecundo tertioque conicis, aequalibus, vltimo ſubcylindrico. Poſteriores triarticulati, articulis ſubaequalibus.*

Species.

Nicrophorus Veſpillo. (*Nicrophore Foſſoyeur.*)

„*Nicrophorus ater, elytris faſcia duplici ferruginea.* Fabr. Ent. pag. 72. N. 2. Spec. Inſ. Tom. I. pag. 84. N. 2. Mant. inſ. Tom. I. pag. 48. N. 2.

„*Silpha Veſpillo oblonga, atra, clypeo orbiculato inaequali, elytris faſcia duplici ferruginea.* Linn. ſyſt. nat. pag. 569. N. 2. faun. ſuec. N. 441. 1).

„*Dermeſtes thorace marginato, elytris abſciſſis, nigris, faſciis duabus transuerſis vndulatis luteis.* Geoffr. inſ. Tom. I. pag. 98. N. 1. Tab. 1. fig. 5.

„*Scarabaeus maiuſculus niger, duabus luteis faſciis vndulatis transuerſim ductis ſupra alarum thecas.* Liſt. Loq. pag. 381. N. 2.

„*Pollinctor vulgaris maior et minor.* Voet. Coleopt. p. 53. t. 30.

„*Antennae nigrae, articulis tribus vltimis ferrugineis. Caput nigrum. Thorax niger rufo-villoſus, marginatus, antice truncatus, poſtice rotundatus. Elytra abdomine breuiora, nigra, faſciis duabus vndatis, flauis aut ferrugineis. Corpus nigrum. Pectus villo rufo denſo tectum.*

„Habitat in tota fere Europa, in cadaueribus. „Odorem ſpargit admodum foetidum.“

II.

Tabula plantarum fungoſarum. Auctore IOANNE IACOBO PAVLET, Doct. Medic. Pariſ. Acad. Med. Madritenſ. ſocio etc. Pariſiis, e typogr. regia, 1791. 4. cum fig. pagg. 31.

Clariſſimus PAVLET iam plus triginta annos tentaminibus, experimentis et perquiſitionibus ſuper fungis occupatus fuit. Tabula plantarum fungoſarum, quam hoc loco indicandam cenſuimus, prodromus eſt tractatus completi ſuper his plantis ſingularibus.

p. 5. „Opus, inquit auctor, de quo excerpta eſt haec „tabula, gallico ſermone ſcriptum, duabus partibus „includitur, quarum prima, ſiue fungorum, iuxta in„uenti tempora deſcriptionisue, ſiue ſcriptorum varia„rum de fungis narrationem chronologicam analyti„camque ſiſtit, quam proxime ſequitur duplex ſynopſi„mia fungorum, ſcilicet generum et ſpecierum; eo fine, „vt omnia nota vna patefierent et lux quaedam affulge„ret in tenebris. Huic additur vocum latinarum in„dex, vt conducibilis, ideo locupletiſſimus.

„Secunda vero pars, altero volumine, fungo„rum, qui praeſertim in Galliis reperiuntur, metho„dicam diſtributionem, huicce tabulae conſentane„am, exhibet, vna cum accurata ſpecierum deſcri„ptione, indigitans, data occaſione, ipſarum locu„natalia, tempeſtatem idoneam, indoles, caſus ex„ipſarum eſu aduerſos, plura experimenta ſiue chy„mica, ſiue in animalibus capta, eo ſcopo, vt dubius „fides, toxicis alexiterium vel quid refraenans, eſcu„lentis vero condimentum ſalubrius daretur, ne alii „nocerent, alii fierent ancipites cibi. Hic additur „etiam vocum gallicarum, imo vulgatiſſimarum, „iuxta varia Galliae idiomata, index, vt nulli, in„primis

„primis non extraneo, haec pars eſſet aliena, et „omnibus fuiſſet commoda. Operi ſubnectuntur, „tertio volumine, ſpecierum memoratarum eodem„que ordine diſpoſitarum icones ad viuum expreſſae „picturataeque, tabulis aeneis N. cc. diſpertitae.

„*Plantae fungoſae.* Non in errore verſari vi- p. 7.
„dentur, qui plantas fungoſas in regno vegetabili „tanquam peculiarem prouinciam ab omni alia di„verſam, certisque limitibus circumſcriptam habent. „Equidem hae terrae fruges frondibus floribusque „ſaltem conſpicuis carent: ſubſtantia propria, ſcili„cet carnoſa, in principio ſemper molli et alba do„nantur, cuius in vniuerſum protruſio propera, du„ratio breuis, textus aquoſitate fragilitateque inſi„gnis, et corpus ad putridam liquationem pronum.

„Hae fruges merito plantae dicuntur, cum ger„minent, radiculas moueant, et ſemina, quorum „quaedam ſeruntur, emittant.

„Non ſunt animalia aut animalculorum domi„cilia, cum nulla loco motione vel irritabilitate do„nentur, et gelatum animale vel calcaream materi„em haud ſuppeditent, in quo praecipue diſtant a „ſpongiis, corallinis et aliis animalculorum domici„liis. A lichenibus, muſcis, fucis, byſſis, quibus „cum aliquam adfinitatem vicinitatemque alunt, dis„crepant, quod cupulis cruſtaceis tartareisue inſtru„ctae non ſint, vt lichenes; nec frondoſae virentes„que, ſetis, vrnis, calyptris, aut germinibus inſi„gnes, vt muſci; nec vtriculae, vt fuci; nec fila„mentoſae, vt byſſi. Sunt plantae mere carnoſae, „ſtructura ſimplici praeditae, quarum pars praeci„pua in multis eſt tabula, id eſt, capitellum tabula„tum cum vel absque pediculo; in aliis membrana „plicata vel diuerſimode extenſa; in aliis caulis ſim„plex ſurculaceusue; in aliis demum maſſa rotunda„ta; in omnibus ſemina geſtans vel in callo quodam

partis

„partis inferioris tabulae, vel in foueis, plicis, au
„ſub quadam epidermide membranae tecta, vel in
„ſuperficie caulis ſparſa, vel in interioribus globi in-
„carcerata; vnde, primo intuitu, ratione habitus,
„generatim in quatuor capita ſiue claſſes redigi pof-
„ſunt, ſcilicet in *tabulatas*, in *membranaceas*, in *fa-*
„*ſtigiatas*, et in *globatas*.

p. 1. „*Claſſis* I. *Plantae fungoſae tabulatae.* Plantae
„fungoſae tabulatae dicuntur illae, quarum pars prae-
„cipua eſt capitulum tabulatum, hoc eſt, compla-
„natum orbiculatumque, plus minus horizontale,
„cuius centrum ſemper craſſius oris.

„Huiusce claſſis plantae ſunt ordine duplici;
„nam aliae mediam partem tantum capitelli per me-
„dium transuerſim ſecti ad inſtar ſemicirculi geſtant
„lateraliter et arcte arboribus inſertam, in directio-
„nem horizontalem excreſcentem; et aliae e ſolo, vt
„ſolemne eſt, verticaliter ſurgentes, pediculo plus
„minus longe inſident. Hae *Agarici*, illae *Fungi*
„nomine ſalutantur, qui tanquam duo capita prae-
„cipua ſiue ordines plantarum huiusce claſſis ha-
„bentur.

p. 23. „*Claſſis* II. *Plantae fungoſae membranaceae.*
„Plantae fungoſae membranaceae dicuntur illae, quo-
„rum corpus vel pars praecipua ex membrana exten-
„ſa vel plicata, aequali craſſitie in omni puncto pra-
„dita conſtat.

„Hae plantae generaliter duplicis ordinis ſunt;
„nam aliae paruae minorisque pretii, ſeſſiles aut te-
„nui ſcapo farcto inſident; et aliae ſpecioſae, pedi-
„culo inſigni cauoque ſuſtentantur; hae ſcilicet pri-
„mae *Pezizae*, illae *Merulii* dicuntur.

p. 27. „*Claſſis* III. *Plantae fungoſae faſtigiatae.* Plan-
„tae fungoſae faſtigiatae dicuntur illae, quarum cor-
„pus homogeneum, verticaliter ſurgens, nullum
„oper-

„operculum capitulumue habet, et nudum verticem „mucronatum digitatumue geſtat.

„Hae fruges duplicis ſunt ordinis; nam aliae „carnoſa, tenera fragilique ſubſtantia donantur, et „aliae ſubſtantia dura, ſicca, intus leucophaea vel „albicante, extus vero pulla vel nigra: vnde praeci„pua duo capita ſiue ordines, quorum primus tene„neras fragilesque includit, et alter ſiccas et pullas. „Hae *Chuariae* nomine indigitantur, illae *Atricau„les* inſcribuntur.

„*Claſſis* IV. *Plantae fungoſae globatae.* Plan- p. 29.
„tae fungoſae globatae dicuntur illae, quarum cor„pus rotundatum vel globoſum ſemina ſua in inte„rioribus recondit.

„Hae plantae, ratione habitus locique natalis, „ſunt duplicis ordinis; nam aliae ſubſtantia homo„genea praeditae, corticeque immunes, ſub ter„ra creſcunt; et aliae cortice vno vel plurimis obdu„ctae, ſubterraneae, vel terreſtres exſtant. Illae „*Tubera*, hae *Lycoperda* dicuntur.“

Ingenium doctrinaque clariſſimi auctoris ex ſingulis huius ſcriptionis articulis ſatis ſuperque elucent.

III.

Inſtitutiones pharmaceuticae, ſiue philoſophia pharmaceutica. Auctore ROBERTO DE LAVGIER, Doct. Med. S. C. Maieſt. Conſiliar. Vniverſit. Vindobon. et Mutin. Chemiae et Botanices Profeſſore Emerito, Reg. Nanceianae, et Georgophil. Florentin. Academiar. Socio, atque Mutinenſi medicorum Collegio adſcripto. Pars I, II, III. Mutinae 1788 — 1791. 8. apud ſocietatem typographicam.

Cla-

Clariſſimus LAVGIER cum medicinam, chemiam botanicen in vniuerſitate caeſarea Vindobonen docuiſſet, iam Mutinenſem academiam profeſſor nat. Philoſophia pharmaceutica, quam euulgauit, iusque hoc loco recenſionem ſumus daturi, expe entiae fructus eſt conſummatiſſimae. Quae eius ratio, paucis exponamus.

Prima pars complectitur praefationem et qua quadraginta capita ſequentia.

Caput I. de pharmacia in genere. Cap. II. pharmacia in ſpecie. Cap. III. de pharmaciae membris. Cap. IV. de cognitione. Cap. V. de praeparatione in genere. Cap. VI. de praeparatione in ſpecie. Cap. VII. de mixtione generali. Cap. VIII. de conſeruatione. Cap. IX. de parmacopoeo. Cap. X. de trocinio pharmaceutico. Cap. XI. de pharmacopolio. Cap. XII. de laboratorio pharmaceutico. Cap. XIII. de pharmacologia. Cap. XIV. de pharmaciae ſubiectis in genere. Cap. XV. de pharmaciae ſubiectis in ſpecie. Cap. XVI. de medicamentis in ſpecie. Cap. XVII. de medicamentis ſimplicibus ex regno vegetabili. Cap. XVIII. de medicamentis ſimplicibus ex regno animali. Cap. XIX. de medicamentis ſimplicibus ex regno minerali. Cap. XX. de generali medicamentorum ſimplicium collectione. Cap. XXI. de ſpeciali medicamentorum ſimplicium collectione. Cap. XXII. de radicum collectione. Cap. XXIII. de corticum collectione. Cap. XXIV. de lignorum collectione. Cap. XXV. de foliorum collectione. Cap. XXVI. de florum collectione. Cap. XXVII. de fructuum et ſeminum collectione. Cap. XXVIII. de medicamentorum nomenclatura. Cap. XXIX. de medicamentorum ſynonymis. XXX. medicamentorum claſſes. Cap. XXXI. de pharmaciae laboribus. Cap. XXXII. ſyſtematis pharmaceutici ratio. Cap. XXXIII. ſyſtematis pharmaceutici tabellae. Cap. XXXIV. de medicamento-

rum

um formulis. XXXV. de formularum partibus. Cap. XXXVI. de cuſtodia et repoſitione. Cap. XXXVII. de duratione. Cap. XXXVIII. de pharmacopolii viſitatione. Cap. XXXIX. de medicamentorum taxatione.

Altera pars exhibet tres claſſes, in plura diuiſas genera ſpeciesque. Praeparationes ſequentibus continentur operationibus: conſcindere, raſpare, ſcobinare, radere, limare, tundere, contundere, terere, conterere, triturare, quaſſare, piſtare, porphyriſare, alkoholiſare, cribrare, incernere, tamiſare, digeſtio, maceratio, ablutio, edulcoratio, decantatio, deſpumatio, colatio, filtratio, ſolutio, liquatio, ſublimatio, lotio, mundatio, fuſio, vitrificatio: fermentatio ſpirituoſa, aceſcens, alcalina, rancida, vapeſcens, deſtillatio, decompoſitio artificialis via ſicca, ſublimatio, conſeruatio per exſiccationem, euaporatio, conditura, mixtio.

Tertia pars tomum peculiarem conſtituit, qui 1791 impreſſus fuit, cuiusque exordium ſic habet.

„Promulgatis et a publico benigne acceptis inſtitutionibus meis pharmaceuticis, honorifico etiam illuſtris collegii noſtri medici encomio compro„batus, proin ad vlteriorem laborem incitatus, ter„tiam partem de productis pharmaceuticis tractan„tem, prioribus binis iam praemiſſis addere tandem „mihi deliberatum ac conſtitutum eſt.

„Producta enim pharmaceutica, vt in libris „proſtant, quoad nomenclationem, et proprium „characterem, ſunt obſcuritate referta, vbique fluctuantia et indefinita, ideoque operae pretium fore, „ea ad priſtinam et veram ſignificationem reſtituere, „ſuaſit bonus rerum ordo, medicinae decus, et pro„ximi ſalus.

„Absque enim iuſta ac dilucida definitione, ab „antiqua origine, vocis etymologia, eſſentia rei, com-

„compoſitione, conſiſtentia, et vſu deſumta, n
„datur productorum certitudo, neque ipſius ſy
„matico pharmaceutico codice proprium et det
„natum aſſignare locum poterit vnquam pharm
„logus.

„Miranda eſt profecto confuſa atque abſu
„rerum et vocabulorum pharmaceuticorum pro
„ctorum coagmentatio, quae vetuſtate coalita
„rores ferme inextricabiles medicinae atque pha
„ciae cultores neceſſario induxit, vel eosdem fa
„in poſterum anxios dubiosque circa veram medi
„mentorum ſignificationem omnino reddidit.

„Eo vsque peruenit rerum abuſus, atque
„minorum peruerſitas, vt hodie vnum pro al
„accipiatur productum, vel plura toto coelo diſſ
„lia vnico comprehendantur titulo, et ad vnius
„iusque auctoris arbitrium in aliena nec compet
„claſſe collocentur.

„Quidam videlicet conſeruam cum electu
„confundunt, et ipſam dein conſeruam a ſyru
„melle, rob, pulpa non diſtinguunt.

„Alii electuarium cum maſſa pilulari, pilu
„cum trochiſco, paſtillo et morſulo; morſulos c
„tabella, electuario, condito, rotula et eclegm
„miſcent.

„Multi ceratum, vnguentum, cataplaſma, c
„plaſtrum, linimentum, balſamum eadem eſſe p
„ducta aſſerunt.

„Plurimi ſpiritus cum oleis, aquis, oleum c
„ſalibus coniungunt, imo limites inter tinctur
„eſſentiam, infuſa, et elixiria non aſſignant, o
„ſaccharum ad quintas eſſentias referunt etc.

„In ſumma pharmacia temporum lapſu fact
„ſicuti turris Babylonica, quae a linguarum con
„ſione imperfecta, et intermiſſa remanſit, at
„eiusdem fatum ſubiit.

„N

„Non mediocris ergo difficultas erat, illud chaos antiquum extricare, hanc complicatam explanare materiam, erroris cauſam inueſtigare, reformata ad artis leges adducere, perſpicuis definitionibus rem fluctuantem firmare, atque inuariabili charactere determinare.

„In hoc autem opere, et maxime in hac inſtitutionum tertia parte artis terminos et productorum titulos, ſiue generica nomina cum ſuis varietatibus barbare confuſa, ad priſtinam et legitimam ſignificationem reſtituere anniſus ſum.

„Cum autem horum terminorum explicatio, in variis huiusce operis locis hinc inde diſperſa, nec facile ſtatim quaerenti ſe exhibeat, ideo in fine huius tertiae partis index inuenietur, qui, ſicut dictionarium vel lexicon pharmaceuticum, paginam indicabit, in qua operationis vel producti vocabulum propria definitione patefiet, id quod certe docenti, diſcenti, vel examinanti, maximi erit commodi, atque vtilitatis.

„Adeoque ſecundum aſſumtum methodi ordinem in mea tabella ſynoptica expoſitum, haec ſigillatim nunc producta enucleando, meis votis atque promiſſis ſatisfeciſſe videor. Pharmaceutica vtpote producta artis finem clare commonſtrant, atque tertiam harum inſtitutionum partem neceſſariam conſtituere videntur.

„Quid nunc per productum pharmaceuticum intelligatur, ſequenti modo exponere ſatagam etc. etc.“

Philoſophia haec pharmaceutica digna profecto ſt, quam pharmacopoei diligenter euoluant, relioſeque ſequantur.

IV.

WILHELM BUCHANS, *praktiſchen Arztes und Mitgliedes des königl. Collegii der Aerzte zu Edinburgh, Haus-Arzneykunde. Nach der eilften engliſchen und der vierten franzöſiſchen Ausgabe überſetzt und mit Zuſätzen begleitet von* KURT SPRENGEL, *der Arzneykunde Doctor und öffentlichen auſserordentlichen Profeſſor auf der Friedrichs-Univerſität, auch Mitgliede der Röm. Kaiſerl. Academie der Naturforſcher — Altenburg in der Richterſchen Buchhandlung* 1792. 8. maj. pagg. 808. Praefatio traductoris et auctoris, introductio et elenchus capitum pagg. XLVIII.

i. e.

GVILIELMI BVCHAN medicina domeſtica, dum editionem anglicam vndeciman[a] camque quartam verſa et additionibus aucta a CONRADO SPRENGEL.

Primae editionis recenſionem olim iam commentarii noſtri exhibuerunt *). Gallica verſione Cl. DVPLANIL, quae primum Pariſiis 1775. in 12. prodiit **), Cl. BVCHAN in recentioribus editionibus vſum eſſe, ipſe depraedicat. In hac ordinem capitum nonnihil mutatum, paſſim, quantum ex collatione cum recenſione iſta patet, quaedam omiſſa, hinc inde, praeſertim in prophylaxi morborum, acceſſiones factas, appendicemque de remediis eorumque formulis ſubiunctam eſſe, iam non vlterius commemora-

*) Vol. XXI. p. 580.

**) Conf. Comm. Lipſ. Vol. XXVII. p. 607.

morabimus *), ad ea potiſſimum reſpecturi, quae Cl. SPRENGEL in verſione ſua praeſtitit. Nimirum in praefatione iuſtum pretium cognitionis medicae in iis, qui medicinam non faciunt, conſtituit, vt nempe a morbis ſibi cauere diſcant, non autem proinus, niſi theoria ſufficiente inſtructi, remedia ipſa in vſum ducant; primarium igitur huius operis vſum conſiſtere in regulis diaeteticis; inde a cap. 44. (quod in prima editione eſt partis 2. caput 34.) Cl. BVCHAN pleraque obiecta ſuperficiarie tantum tractaſſe, ideoque ſe magis extractum quam verſionem verbalem exhibere, et vltimis capitibus inde a 48. (primae ed. 37. ſeqq. quibus vltimum, in ed. pr. non inueniendum, ſubiunctum eſt, cautiones in vſu balnei frigidi et aquarum mineralium complectens) nulla ſupplementa addidiſſe, ne moles libri nimis increſceret. Iam de ſupplementis iſtis doctis quibus interdum quaedam gallici traductoris interſperſa ſunt, diſpiciemus.

Ad caput 1. Ratio demortuorum infantum ad adultos. Lactationis effectus ſalutares in matres. Coniugium quibus ſubiectis diſſuadendum. De veſtitu, alimentis, motu, munditie infantum. Requiſita nutricis. p. 675.

Ad caput 2. De morbis metallifoſſorum ab acido aereo ſiue gas mephitico et aere phlogiſtico ſpecieque eius, inflammabili, atque a vaporibus metallicis per acidum aereum ſolutis. Morbi artificum variorum ex eodem fonte. Morbi militum a deſidia p. 689.

*) Vnicum tantum monemus, in recenſione priori l. c. p. 588, obſcuritatem vel errorem nobis obuerſari videri, quum Cl. BVCHAN differentiam inter tuſſim ſtomachicam et pulmonalem in eo ponat, quod in hac tuſſis inſpirationem comitetur, quod in ſtomachica non ſit. p. 328.

tempore pacis, et a veſtimentis eorum. Scorbu-
nautarum: COOKII ad eum praeuertendum ſoll-
tia *); quantum affectus animi hilariores in eo re-
leant. Diaeta animi litteratis neceſſaria.

p. 700. Ad caput 3. Sollicite diſtinguendum inter ap-
petitum naturalem et praeternaturalem ſiue ſoli-
tium ad regulas temperantiae ſtabiliendas. Illu-
ſtre CORNARI exemplum. Quae in victu anim-
obſeruanda ſint: eius ſelectus; morbi ſic dicti gal-
boum clariorem ideam non Cl. GRAVMANNO, qu-
pe qui loco glandularum induratarum hydatides r-
derit, ſed Cl. HEIMIO **) deberi. Secalis corn-
noxae a ſuperflua humiditate, qua phlogiſton ac-
ſaccharini ſecalis attrahatur, idque dephlogiſticat
et cauſticum reddatur. Vſtilago et variae plant-
frumento admiſtae, earumque noxae. (De reliqu-
vel huic capiti, vel 31. vbi de aquae corruptae re-
mediis agitur, iam addendum recentius conſilium
Cel. BVCHOLZ ***) de puluere carbonis, aquae ad-
miſcendo.)

p. 707. Ad caput 4. enarrantur, quae hinc inde noſtri
temporibus ad abrogandam ſepulturam in templi
praeſtita ſunt. Sequentia vero Cl. Traductor ob li-
mites ſibi praefixos tranſit, et protinus ad caput 14
(in prima ed. 8. partis II.) de febribus intermitten-
bus progreditur. Cauſſam earum non adeo in re-
xatione ſolidorum, quam ſyſtematis neruoſi debilit-
te ponendam eſſe: inde limitandas laudes euacua-
tium, neceſſitatem roborantium cum aduerſus h-
brem

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXIII. p. 469.

**) PYLS *Repertorium für die öffentl. und gerichtl. A-
W. II. B. 1. St. Berlin* 1790. 8. *S.* 76. *f.*

***) GRENS *Journal der Phyſik* 1792. *V. Band.* 1.
Heft. S. 3. *ff.*

brem ipſam curandam, tum ad praecauendas recidiuas.

Ad cap. 16. de pleuritide. Diſtinctionem inter eam et peripneumoniam nec frugiferam in praxi, nec omnino adaequatam eſſe. Magis eſſentiale discrimen inter pleuritidem gaſtricam, mere inflammatoriam, et rheumaticocatarrhalem. Pleuritis ſicca, ſine terrentibus ſymptomatibus ſubdole aegrum breui tempore gangraena trucidans. Inflammatio pectoris occulta, chronica. Exitus pleuritidis in ſuppurationem eamque inſequentem phthiſin, de quo ſolo Cl. BVCHAN cap. 18. agit; reſolutionem tamen tertia adhuc hebdomade, licet id rarius accidat, expectari poſſe, quod Cel. BANG obſeruationibus inprimis conſtitit *). Vtriusque euentus ſigna. Exitus in gangraenam, ſemel tantum a Cl. SPRENGEL obſeruatus. Cautiones in ſanguine mittendo, vbi excretio per ſputa libera eſt et facilis. p. 716.

Ad caput 20. (9. ed. pr.) Febrem malignam non diſſitere peculiarem ſpeciem et perperam cum putrida confundi, neque petechias requiſitum eſſentiale illius eſſe; malignitatem febrium in ſola depreſſione virium vitalium abſque cauſſa manifeſta poni oportere. p. 724.

Ad caput 21. de purpura. Eam nec veteribus incognitam fuiſſe; dari omnino vere criticam; an a miasmate ſui generis pendeat, ignotum, ideoque cauendum a moliminibus hoc inuertendi, vnde facilis ad Syluianos errores via. p. 726.

Ad caput 23. (12.) Antiquitates et propagatio morbi varioloſi. Contagium non vltra pedem ſe extendit **); non tam peculiari indole virulenta, p. 732.

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXXIII. p. 59.

**) HAYGARTH; vid. Comm. noſtr. Vol. XXVIII. p. 252.

quam conſtitutione generali aeris eiuſdem expan-
nem iuuante, quae etiam in ſymptomata morbi va-
loſi diuerſimodo influit; hinc potius epidemica
quam contagioſus dici meretur. Veriſimillimum
contagium tantum a pure proficiſci; an ab habi-
varioloſorum, dubium. Epidemias non ſemper
vere ad auctumnum, ſed interdum contrario mo-
decurrere, nonnumquam etiam verſus finem de-
mum maligniorem fieri; neque ſemper ſubiecta
cochymica maius periculum ſubire; neque conſti-
entes variolas ſemper malignas eſſe, neque difere-
periculo vacare. De variolis lymphaticis ſiue cry-
ſtallinis, et ſanguineis. Variorum conſilia ad era-
candas variolas: Cl. MEDICVM *) experientia deſti-
tum videri ad conſilia ipſius confirmanda; funic-
vmbilicalis recens natorum expreſſionem **) ob co-
pioſa teſtimonia in contrarium inutilem habendam
De glandulis varioloſis COTVNNII, SARCONII, e
inprimis HOFMANNI ***); aſſumtum ab eo humo-
rem putridum iure ab VNZERO taxari, et aſſumta
ducto excretorio occluſo exiſtentiam vaſorum ly-
phaticorum abſorbentium negari non poſſe, niſi
HOFMANNI mens fuerit, iſta quoque ſpaſtice con-
trahi et ſicut in hydrope muniis ſuis inepta redd
De ſymptomatibus variolarum: propenſio in ſo-
mnum ſub initium, ſignum malignitatis, facile in
ſoporem tranſiens; conuulſiones ante eruptionem
cum ſtridore dentium, tendinum ſubſultu, lacryma
praeſertim a dentitione aut vermibus, periculoſa.
Sudores vniuerſales debilitantes viſcidi, vel partiales
capitis et colli, ante eruptionem mali; vniuerſales
cali-

*) Eorumd. Vol. XIII. p. 52.
**) Eorumd. Vol. XXII. p. 309.
***) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXXII. p. 660. ſeqq.

calidi lenientes ſub eadem, critici. Euacuationes primarum viarum ſub initium vel ab illarum impuritatibus vel a ſtimulo materiae varioloſae in illas; poſteriores, praeſertim poſt eruptionem ſubſiſtentes, nullo modo iuuandae; hinc aeque errare, qui emeticis vires ſpecificas in prima periodo aſſignent, ac qui diarrhoeam omnino damnent adſtrictioremque alvum omni modo quaerant. Pulſatio vaſorum colli non periculoſa, niſi diutius poſt eruptionem ſubſiſtens aut vehementior. Dolores fixi in partibus internis ſemper attentione digni. Cephalaea poſt eruptionem ſubſiſtens, ſaepe cum debilitate vniuerſali vnicum ſignum malignitatis ſucceſſu temporis demum ſe monſtraturae. Dolores pectoris cum raucedine et pituita in bronchiis iam in primo ſtadio affectionis pulmonis plerumque lethalis praeſagia. Dolores infimi ventris poſt eruptionem variolarum lymphaticarum diarrhoeae periculoſae praecurſores. Malignitas morbi ſaepe 2. demum vel 3. ſtadio ſe prodit. Delirium tacitum cum ſtupore iunctum, praecipue poſt eruptionem praeſagium ſummi periculi a retrogredientibus variolis, quo in caſu duos tantum aegros Cl. Tradutori balneis vaporoſis vniuerſalibus fomentisque ex vino et cortice peruuiano ſeruare contigit; ſectio inflammationes internas occultas monſtrauit. Cauſſae huius retrogreſſus: conſtitutio catarrhalis, refrigerum, infarctus abdominales, cutis in corpore de reliquo ſano rigidior et ad inflammationes diſpoſita, purgantia, imo clyſmata, intempeſtiue exhibita. Vſus florum zinci et opii aeque ſalutaris, ac Cl. HYPERLAND tum inuenit *), opio cum ipecacuanha iuncta et a quarta ad dimidiam grani partem altera vel tertia quaque hora exhibito (NOVERI puluerem in

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXXIII. p. 650. 652.

adiectis formulis correctiorem praescripsit Cl. tra-
ctor, vnico exemplo, quo a Cl. BVCHAN recen-
opii et ipecacuanhae singulorum gr. vnum magne-
et sacchari singulorum drachma vna, mixta divi-
tur in sex partes, omni bi- vel trihorio sumend-
De variolis absque suppuratione innocue euanesc-
tibus (quod phaenomenon ex hypothesi sua fatis
genioſe Ill. HOFMANNVS *) explicat) earumque
variolis spuriis discrimine annotatio Cl. DVPLA-
De vsu acidi vitriolici in stadio secundo, id tamen
commodi habentis, quod fauces nimis irritet alvu-
que crebro adstringat, quod posterius a floribus
ci non metuendum, quorum sub vsu Cl. SPREN-
acido vitriolico saepe carere potuit. Maturior e-
cuantium vsus, quamprimum suppuratio summ-
gradum attigerit, lenioribus laxantibus; protin-
post exsiccationem ialapa cum mercurio dulci. V-
riolis superatis serum lactis vel infusum dulcamar-
graminis et taraxaci per tres vel quatuor hebdom-
das bibendum, et octauo quoque die purgans inte-
ponendum. Tandem nonnulla de inoculatione, ea
fatis, laudibus, et sub quibus conditionibus finit
euentus ab ea metuendus sit.

p. 762. Ad caput 24. (13.) In quibus morbilli cum
variolis conueniant et ab iis discrepent. Venae se-
ctio in infantibus tenellis scarifationibus et leniu-
tibus supplenda, ne nimium debilitentur. Inflam-
mationis pulmonum diuersae causſae; vnde alii eam
tempestiuo corticis peruuiani vsu, alii tartaro emet-
co praeuertisse perhibeant. De rubeolis, a Cl. BV-
CHAN non memoratis: harum a morbillis et scarla-
tina diuersitas. De tumore leucophlegmatico post
scarlatinam superstite.

Ad

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXXII. p. 672.

Ad caput 25. de erysipelate. Variae eius spe- p. 768.
ies. Exemplum inflammatorii a suppressis men-
truis, nonnisi repetitis venae sectionibus cedentis.
Aliud catarrhalis in femore, in tumorem album ge-
lo degenerantis, omnibus remediis resistentem, nec
nisi solutione colophonii in spiritu vini curandum.

Ad caput 26. de phrenitide. Perperam phre- p. 771.
nitidem et inflammationem cerebri pro synonymis
haberi, quum prior, delirium febrile continuum, al-
terius quidem symptoma esse possit, saepe vero ab
aliis etiam caussis pendeat. Venae sectiones in affe-
ctionibus cerebri non nimis saepe repetendae; vsus
resoluentium internorum, praecipue pulueris no-
veri, frigidarumque fomentationum. Inflamma-
tio membranarum cerebri a caussa gastrica. Sym-
ptomata inflammationis tardius accedentia, inter-
dum fomentationibus frigidis fortioribusque anti-
phlogisticis superanda, saepius mortifera: caussa ae-
que membranarum ac diploes contusio.

Ad caput 27. de inflammatione oculorum. Cau- p. 773.
tiones in opii vsu: laudanum ob varios praeparatio-
nis modos ratione proportionis additorumque aro-
matum minus conueniens.

Ad caput 28. (17.) De differentia anginae ca- p. 774.
tarrhalis et inflammatoriae. Noxae gargarismatum
irritantium in posteriore. Cauendum, ne venaese-
ctionibus nimiis morbus in peripneumoniam transeat.
Emeticorum vsus praestantior.

Ad caput 35. (24.) Olei ricini et electuarii p. 777.
sellii ex cortice peruuiano, semine cinae, vitrio-
lo martis et melle laudes aduersus vermes.

Ad caput 36. (25.) Vomitoria in ictero non- p. 778.
nisi recenti, solisque ductibus biliariis obstructis; no-
xia in hepatis ipsius obstructione vel induratione, in
morbo ab iracundia aut calculis biliariis producto.
In morbo chronico methodus Kaempfiana et reme-

media lente ſoluentia, diutius continuanda. In e[d]
culis biliariis aer fixus; oleum ricini non mul[t]
pollicetur.

p. 780. Ad cap. 37. de hydrope. Hydrothoracem bis a n[a]
tura curatum vidit Cl. SPRENGEL, inueteratum ipſe [ſa]
nare non potuit; multum tamen leuaminis praeſtit[it]
puluis DOVERI, ſcilla, kermes minerale, ſulphur a[u]
timonii et ſimilia. De hydrocephalo. Oedema p[e]
dum non ſemper ſymptoma hydropis. De hydr[o]
ſaccato, ouariorum, vteri, peritonaei (omnia a [Cl.]
DVPLANIL). Opilionem in Pomerania nouac[u]
ſibi ipſi vmbilicum reſcindendo ab hydrope ſe lib[e]
raſſe, Cl. Traductor relatum accepit.

p. 788. Ad cap. 38. de arthritide. Fons eius abdomi[na]
lis. Rigoroſioris diaetae in ea effectus exempl[o]
Cel. LIEVTAVD memorato. Rheumatiſmum ab [ea]
parum differre. Quaedam de iſchiade.

p. 792. Ad caput 41. de apoplexia. Varii eius grad[us]
ſigna antecedentia; apoplexia ab iracundia; peno[i]
ca; gaſtrica; verminoſa; ab abſceſſu cerebri, [ca]
cranii, tophis venereis, ſcabie et arthritide retropu[l]
ſis, polypis in cerebro vel corde (nerueae nuſquam
mentio facta). In ſanguinea arteriotome; in ſeri[a]
efficacitas belladonnae **); cui tamen in caſu allegat[o]
ſimul ſales neutri iungebantur.

p. 796. Ad caput 43. (32.) Symptomata melancho-
liae inueteratae a Cl. DVPLANIL enarrata. Vtilis
valerianae, potiſſimum extracti ipſius, et opii aut
cum valeriana aut cum ipecacuanha iuncti. In ma-
nia venae ſectiones largae, niſi contraindicans adſit;
arteriae temporalis ſectio, hirudines venis frontali-
bus admotae; ſtillicidii vſus inſignis. Paralyſis aut
ſponte aut excitato terrore ceſſans; electricitas no[n]
niſi

**) Vid. Comm. noſtr. Vol. XXIIII. p. 319.

iſi modice adhibenda. De paralyſi, morborum alio-
um ſequela. Epilepſia connata negatur cum Illuſtr.
ISSOT *). Varia momenta, quae eam ſanabilem
el inſanabilem praenunciant. Valeriana antiepilepti-
orum princeps.

Ad caput 46. (33.) Aduerſus arſenicum au- p. 803.
ilia ab HAHNEMANNO propoſita **); aduerſus mer-
urium ſublimatum ſales alkalini aqua ſoluti vel he-
atis ſulphuris ſolutio aquoſa cum potulentis muci-
aginoſis oleoſis et antiphlogiſticis efficacior quam
emedium NAVIERII ***).

Ad caput 47. (36.) Fluoris albi origo venerea p. 804.
difficulter determinanda. Curatio gonorrhoeae, par-
ium affectarum irritationem tollendo et ſymptomata
inflammationis mitigando. Iniectiones irritantes
nonniſi duplici ſub conditione locum habent: ſi mor-
bus a ſola debilitate ortus vel ſecundarius eſt, et ſi
materia morbifica parum irritat, nec ſymptomata
adeo moleſta ſunt. Noxae mercurialium in gonor-
rhoea. Vtilitas opiatorum in tumore teſticulorum,
praeſertim in clyſteribus, adiunctis ſitu horizontali,
libertate alui, hirudinibus ad femora, praeſente iam
induratione balnea, cataplaſmata ex cicuta aliisque
narcoticis, frictiones mercuriales. Gonorrhoeae in-
oculatio. Ad reſoluendos bubones frictiones mer-
curiales ad radicem penis et interiora femorum, eme-
ticorum doſes refractae, vt nauſeam tantum ſuccuſ-
ſionesque corporis efficiant; ſi autem ſuppuratio
auerti nequeat, cauendum a cataplaſmatibus, ſolum-
que alui apertae ſeruandae ratio habenda, apertura
vero naturae committenda, qua facta protinus mer-
curio

*) Vid. Comm. noſtr. Vol. XX. p. 699.
**) Eorund. Vol. XXX. p. 236. ſeqq.
***) Eorund. III. Dec. Suppl. p. 624.

curio dulci et frictionibus ad cauendam reſorptio-
vtendum, hisque remediis opii vſus iungendus,
cerique tantum conſueta digeſtiua imponenda.

V.

Bergbaukunde. Erſter Band. Leipzig, bey Geo.
Joachim Göſchen, 1789. 4. *pagg.* 408. (pra-
ter paginas praefationis, catalogi membro-
ſocietatis etc.) tabb. aenn. 7. *Zweyter Ba.*
1790. *pagg.* 468. tabb. aenn. 9.

i. e.

Acta ſocietatis metallicae. Vol. I. II.

Cum anno 1786 Szkleni (Szklenoſ. Glaſshütte) in
comitatu Vngariae Barſchienſi prope Schem-
nicium ad amalgamationis proceſſum obſeruandum
perficiendumque mineralogi noſtrorum tempo-
clariſſimi conueniſſent, IGNATIVS A BORN, I. G.
H. A TREBRA, IO. IAC. FERBER, NICOLAVS PO-
DA, ANTONIVS A RVPRECHT, FAVST. D'ELHV-
AR, I. F. G. A. CHARPENTIER, IO. HAWKIN,
OLAVS HENKEL, fundamenta iecerunt ſocietat
metallicae, per omnem ſparſae tellurem, quae iam
bina actorum volumina, laborum ſuorum fructu
praeclaros, cum eruditis omninoque monticultura
ſtudioſis communicauit. Priusquam ad horum act-
rum contenta enarranda nos accingimus, de ſocie-
te ipſa pauca praefari iuuat.

Vol. I. p. 1–8. Initio voluminis primi horum actorum *literar*
proſtant *inuitatoriae ſocietatis metallicae* ad orbem
mineralogicum a mineralogis, quos diximus, Szkle-
no menſe Septembri 1786 emiſſae. Agitur ibi de
natura et indole ſocietatis metallicae. Tractantur

ab

ea geographia phyſica, mineralogia chemiae ſu-
ſtructa, montium cultura cum mechanica ad mon-
colarum vſum accommodata, geometria ſubterranea,
iſtoria montium culturae, minerarum excoctio tam
noria, quam amalgamatoria. Socii tribus claſſibus
ontinentur: ordinariorum, extraordinarium honora-
orum. Ordinarii ſunt viri monticulturae minerarum-
ue excoctionis theoretice practiceque periti: extraor-
inarii theoretici, qui iſtas diſciplinas ad vſum montico-
rum practicum excolunt: honorarii amici, fautores
patroni monticulturae. Finis ſocietatis eſt, vt,
uicquid ad monticulturam ſenſu latiſſimo ſumtam
promouendam et excolendam poteſt conducere, col-
gat cumque ſociis communicet, quo poſſit ab illis
vſum publicum conuerti. — —

Sequitur *primum additamentum ſuper natura ſo-* p. 9 —
ietatis metallicae. Quae in literis inuitatoriis propoſi- 34.
fuerant, hic ſupplentur, illuſtrantur, corrigun-
ur, definiuntur.

Quodlibet actorum volumen tres in partes di-
iditur. Prima pars complectitur *diſſertationes* de-
criptionesque obſeruationum numeris ſuis abſoluta-
um: altera *epitomas*: tertia *adnotationes* excerptas e
aris etc.

Diſſertationes primi voluminis ſunt:

I. *Hiſtoria mineralogica aurifodinarum in monti-* p. 37 —
bus Vöröſchpatakenſibus prope Aurariam (Abrudbanya) 91.
in magno principatu Transſyluaniae, cum charta petro-
graphica. Auctore DE MÜLLER, *C. R. conſiliario gu-*
bernii et inſpectore rerum montaniſticarum et ſalina-
rum ſuperiore Aurariae paruae (Salatna) in Transſyl-
uania. Pauca de metallifodinis Transſyluaniae in
uniuerſum praemittuntur. Abrudbanya inter Ro-
manorum Aurarias Dacicas princeps fuit, atque et-
iamnunc inter aurifodinas Transſyluaniae auri eſt fe-
cundiſſima. Non in ipſo pago aurum effoditur, ſed
in

in montibus ſemileucam orientem verſus diffitis, quos pertinent Vöröſchpatakenſes, de quibus noſtro hic agitur. Primum montium valliumque ſitus atque directio, venaeque metallicae accurate deſcribuntur, ſaxorumque characteriſtica datur deſcriptio adiunctis etiam chemicis. Praeter montes primarios (maxime ſchiſtoſos) et ſecundarios noſter reperit etiam vulcanorum ſuboles, genuinas lauas, cinerem immenſum efformantes. Omnino in Transſyluania, maxime in ea parte, vbi metalla effodiuntur, multi ſunt montes vulcanici, de quibus noſter forſitan alia exponet occaſione. Laua Vöröſchpatakenſis, vt in aliis fit regionibus, in argillam plaſticam fatiſcit. Hic illic adſperſae ſunt adnotationes ad hiſtoriam monticulturae harum fodinarum pertinentes. Notabile eſt, noſtrum alicubi reperiſſe lignum in ſtatum mineralem conuerſa, quae aurum continent.

Sequitur deſcriptio formarum, ſub quibus aurum in montibus Vöröſchpatakenſibus occurrit, vbi ſimul de matricibus auri agitur.

Aurum natiuum. Aurum natiuum ſolidum in craſſioribus fruſtulis, vel maſſa quadam, WALL. Spec. 402, a. Fruſta pondere 11, 12 adeoque 14 marcarum reperta ſunt. Aurum natiuum ſuperficiale. Rariſſimum noſter credit eſſe; nam quod vulgo ſic dicunt, non vere ſuperficiale eſſe autumat, cum lamellae ſeu membranae ſint iuſto craſſiores. — Aurum natiuum granulare lapidibus inſperſum, WALL. Spec. 402, b. — Aurum natiuum bracteatum, Lithophylac. Born. I. pag. 64. — Aurum filiforme capillare. — Aurum natiuum dentatum. — Aurum natiuum germinans, WALLER. Spec. 402, c. — Aurum natiuum reticulatum. — Aurum natiuum cryſtalliſatum lamelloſum. — Aurum natiuum cryſtalliſatum pyramidale. — Aurum natiuum cryſtalliſatum

tum prismaticum. — Aurum natiuum cryſtalliſa-
um hexaedrum. — Aurum natiuum cryſtalliſatum
ſtaedrum. — Aurum natiuum cryſtalliſatum com-
ſitum. — Aurum natiuum cryſtalliſatum irregu-
re. (Aurum natiuum druſinum, WALLER. Spec.
CRONST. §. 164. 1 — 3.)

Aurum laruatum (aurum mineraliſatum nonnul-
rum) h. e. regulinum, ſed quod artificiis conſuetis
on poteſt extricari. Aurum laruatum pyrite (au-
um mineraliſatum pyrita LINN. 152. *Gelf*). Suſpi-
tur auctor, aurum argentumue pyritis tantum
echanice inhaerere, adeoque non vere illis laruata
ici; vt HENKELIVS recte docuiſſe videatur, in py-
is nihil auri ineſſe. — Aurum laruatum minera
genti cinerea (aurum minera argenti cinerea mine-
liſatum, Lithophylac. Born. I. 68.).

Aurum mineraliſatum, h. e. ſulphure aut acido
ſolutum, vt phlogiſto ſuo careat, noſtro igno-
um eſt. Probat ZIMMERMANNI ſententiam, au-
um mineraliſatum aut nuspiam reperiri, aut, quod
robabilius ſit, a nobis non agnoſci.

II. *Examen foſſilis colore variabili e ſilua Hercy-* p. 92—
nia. Auctore I. FR. GMELIN, *profeſſore Gottin-* 101
enſi. Reperitur in ſerpentino: colore eſt aureo
habituque ſuo externo ad ſpatum ſcintillans verſico-
orum (*Schillerſpat*) appropinquat. Non tamen
ro feldſpato poteſt haberi. Characteres huius foſ-
ilis definiuntur externi, experimentaque chemica
narrantur cum eo inſtituta ad principia eius extrican-
da, vt intelligeretur, qui locus ei in ſyſtemate mine-
alogico aſſignandus foret. Semiuncia dedit:

Drachm.

	Drachm.	Gr.
terrae ſiliceae -	1	45
ferri - -	0	57
terrae aluminaris -	0	43
magneſiae - -	0	27
materiae, quam ſal alcalinus fuſione ſuſceperat, ſed quae acido adfuſo abiit	0	12
	4	0

p.102–106. III. *De ochris Berrienſibus in Gallia.* Auctore *Bar.* DE DIETRICH. Supplentur LEMONNIERII GVETTARDI harum fodinarum deſcriptiones, docturque, quibus artificiis ochrae effodiantur.

p.107–126. IV. *Deſcriptio oeconomiae ſtatusque, qui nunc ſunt, aquaeductuum fodinarum Burgſtadtenſium ſuperiorum maxime iuuantium fodinas praeſtantiſſimas, Dorotheae et Carolinam, Clausthalii.* *Auctore* G. A. STELLNER, *rerum montaniſticarum Clausthalii magiſtro ſuperiore.* Cum tab. aen.

p.127–133. V. *Obſeruationes cum acu magnetica in ſylua Hercynia inſtitutae.* Apparet ex his obſeruationibus, declinationem acus magneticae, quae dudum occidentem verſus facta eſt, iam non amplius illuc fieri, ſed orientem verſus reuerti. Anno enim 1783 declinatio maxime fuit 19° 13′ 6″, anno 1787 18° 49′ 19″. Aurorae boreales maiores in acu magnetica motum oſcillatorium perpetuum generarunt, eiusque declinationem mire affecerunt. — Obiter de diuiſione verſorii, qua geometrae ſubterranei vtuntur. —

p.134–181. VI. *Fragmentum diſſertationis ſuper conditione metallifodinarum in Carinthia ſeculo decimo ſexto.* *Auctore* CAROLO DE PLOYER, *C. R. conſiliario gubernii Oeniponti in comitatu Tyrolenſi.*

VII. *De antiqua aurifodina Steinheidenſi in ſylua Thuringica. Auctore* CHR. G. VOIGT, *conſiliario aulico et archiuario Vinarienſi.* p. 182–199.

VIII. *De geneſi hydrargyri et cinnabaris fodinis Horzowizenſibus in circulo Bcraunenſi Bohemiae. Auctore* ROSENBAVM. Praemiſſa montium fodinarumque cinnabaris Horzowizenſium deſcriptione noua docetur methodus hydrargyri e cinnabari eliciendi (hoc enim ſub hydrargyri geneſi intelligendum eſt) a ROSENBAVMIO excogitata. Accedit tabula aenea apparatum deſtillatorium ſiſtens. p. 200–216.

IX. *Auri et cupri proceſſus fuſorius Tyrolenſis, communicatus ab* IGNATIO A BORN. p. 217–237.

X. *Theoria amalgamationis, communicata a* FAVSTO D' ELHVYAR, *directore generali tribunalis rerum montaniſticarum in Noua Hiſpania. Ex hiſpanico theotiſce verſa.* Borniana methodus amalgamatoria ab omnibus metallurgis, qui anno 1786 Szkleni conuenerant (inter quos etiam noſter fuit), vnanimi plauſu excepta fuit. Minus de theoria operationum amalgamatoriarum chemica inter eos conuenit. Scilicet diſſenſerunt de rebus magni ſane momenti: de ſtatu auri inprimisque argenti in mineris adhuc latentis tum ante tum poſt vſtulationem cum ſale culinari, deque ratione, qua hydrargyrum bina haec metalla e mineris vſtulatis extrahit. Alii autumabant, aurum argentumque immutabilia ſemperque regulina tum ante, tum poſt vſtulationem eſſe; vſtulatione tantum denudari, adque contactum hydrargyri immediatum disponi; hinc hydrargyrum nihil aliud niſi particulas auri et argenti regulinas diſperſas cogere cumque ipſis copulari. Alii aſſerebant, haec metalla perinde, vt cetera omnia, mutabilia eſſe, adeoque etiam poſſe calcinari. Cogebant inde: partem horum metallorum in mineris ſulphuri iunctam pariter, ac omnia alia metalla ſimiliter p. 238–263.

conſtituta, naturae eſſe plus minusue calciformi inter vſtulationem minerarum cum ſale culinari rum et argentum, ſaltim ex parte, in ſtatum ſalin tranſire, maximeque ab acido muriatico ſolui; drargyrum cum mineris vſtulatis tritum impr partem acido ſolutam appetere, ſalesque in vſtulandum ortos per affinitatem duplicem deco ponere, id quod toties fieri conſtat, quot metalla acidis ſoluta per alia metalla praecipitant Inter eos, qui poſteriorem tuerentur ſententiam, iam noſter fuit. Igitur ad eam firmandam multa inceps tentamina inſtituit, ſic vt numerum non ſpe nendum obſeruationum nouarum priusque pre ignotarum colligeret. Nata hinc eſt theoria am gamationis, cuius hoc loco initium ſiſtitur, quae ſententiae poſterioris veritatem ſatis demonſtra Cum chemiae haud contemnenda lux inde affulge accuratam huius theoriae recenſionem dabimus.

Quatuor continetur diſſertationibus. Prima metallorum differentia quoad eorum poteſtatem calces abeundi agit. Altera ſpectat acidorum vitr lici, nitroſi imprimisque muriatici in aurum et a gentum efficacitatem. Tertia demonſtrat, omn omnino metalla, ſi ſulphuri iuncta ſint, naturae ci plus minusue perfecte calciformis, adeoque ſulphu argentum ipſumque aurum mineraliſare poſſe, ſulphuris cum argento auroque connubium eade qua cum aliis metallis, ratione contingat. Quart denique ipſam amalgamationis theoriam chemica complectitur. Vltima haec diſſertatio duas in partes diuiſa eſt. Prior pars de amalgamatione minerarum vſtulatarum, qua ratione in Hungaria fit, poſterior de amalgamatione minerarum non vſtulatarum, quemadmodum in America peragitur, exponit. De proceſſu amalgamatorio Americano auctor accura-

ius, quam nunc potuit fieri, aget, vbi in ipſa America eum diligenter perquiſiuerit.

Diſſertatio I. Meditationes ſuper differentia metallorum. Primum de metallis ac ſemimetallis. Notae, quibus ſemimetalla a metallis diſcrepare dicuntur, ſunt volatilitas et abſentia ductilitatis. At enim vel aurum argentumque in variis operationibus metallurgicis vaporum formam induere ac volatiliſari, negari nequit. Praeterea e tentaminibus academicorum Pariſinorum conſtat, ſpeculi cauſtici ardore haec duo metalla in vaporum formam facile conuerti poſſe. Ipſa platina ante tubum ferruminatorium, ſi aëre dephlogiſticato ad ignem augendum vtare, volatiliſatur; id quod EHRMANNI, aërem dephlogiſticatum ad fuſionem materierum refractariarum adhibentis, experimenta apertiſſime docuerunt. Quod ſi quis aſſerat, calorem foci ſpeculi ardentis a calore furnorum fuſoriorum vulgarium nimium differre, ſpeculorumque cauſticorum vſum tam rarum eſſe, vt furnorum calor ad definiendum corporum reſpectu ignis habitum recte adhiberi poſſit, monendum eſt: definitiones arbitrarias incertasque omni vſu carere; nondum certo conſtare, num aurum argentumque ad formam vaporum induendam ardore foci ſpeculi cauſtici egeant, veroſimiliterque calorem longe minorem ad id ſufficere; denique cobaltum regulumque magneſiae nigrae minus volatilia eſſe, quam plumbum ſtannumque, quae tamen metallis nemo non adnumerat. Quod ſpectat ductilitatem, haec proprietas tam in ſemimetallis, quam in metallis reperitur. Omnis differentia in gradu ductilitatis vertitur. Zincum poteſt in laminas admodum tenues extendi, arſenicumque ipſum ad vim exiguam, inprimis cultri, non frangitur. Metalla ductilitatis gradu non minus, quam ſemimetalla, inter ſe diſcrepant. — Apparet igitur, corporum metallicorum

in metalla ac ſemimetalla diuiſionem, vtpote futilem nulliusque vſus, repudiandam eſſe.

Tum de notis, quibus metalla perfecta ab imperfectis diſtinguuntur. Maioris momenti metallorum in perfecta et imperfecta diuiſio eſſe perhibetur. Plurimarum artium, inprimis earum, quae mineras auri argentique ſpectant, tanquam baſis eſt, methodusque amalgamatoria, qua BORNII ingenium metallurgiam adauxit, cum ea arcte cohaeret; vt, num quid valeat, diligenter perquirendum ſit. Metalla perfecta et imperfecta a ſe inuicem eo differre dicuntur, quod imperfecta in ſtatum calciformem redigi poſſint, non item perfecta. Igitur noſter primum calcinationem metallorum via ſicca, tum calcinationem via humida expendit: calcinatio per nitrum nihil eſt aliud, niſi binarum iſtarum coniunctio. Si plumbum igni ſimulque aëris contactui expoſueris, funditur, protinusque ſuperficies cuticula terrea, quae ſplendore metallico careat, contegitur. Quam ſi abſtuleris, noua ſimilis naſcitur, hacque etiam ablata tertia prodit. Quod ſi hoc modo cuticulae deinceps auferuntur, tota maſſa in ſtatum terreſtrem pedetentim conuerti poteſt. Si hanc materiam terream poſtmodo examines, intelligas, metallum hac operatione non modo diuiſum, ſed etiam indolis ſuae mutationem notabilem paſſum eſſe. Periit ductilitas priſtina: abiit metallicus ſplendor: mutatus eſt color: volumen increuit: pondus ſpecificum decreuit. Ponderoſior eſt calx metallo regulino. Igni expoſita longe difficilius liquatur, maſſaque liquata nec faciem metallicam nec colorem plumbi recuperat, ſed ex viridi flauet ac plus minusue pellucida eſt. Tantummodo puluere carbonario alioue corpore phlogiſtico adiuncto forma priſtina redit, ſic vt ponderis augmentum euaneſcat. Calx acidis ſolvitur,

ritur, ſed tranquille ac ſine efferueſcentia *), interque ſolutionem nihil fluidi aëriformis euoluitur. Cum terris poteſt colliquari, vitraque ſic generat colorata, plus minusue pellucida: e contrario plumbum regulinum omne cum terris connubium reſpuit **). Cuprum, ferrum, ſtannum omniaque ſemimetalla ſimili proceſſu in calces poſſunt conuerti, ſed natura earum diuerſiſſima eſt. Nonnulla, vt wismuthum ſtannumque, ad calcium naturam induendam exiguo calore, alia, v. g. cuprum, intenſiore indigent. Niccolum cobaltumque, pura ſi ſunt, ignem vehementiſſimum requirunt. Ferrum in calcem abit, priusquam funditur: arſenicum fere eodem tempore, quo liqueſcit: reliqua metalla citius tardiusue, poſtquam liquata ſunt. Inprimis focus ſpeculi cauſtici ad metalla calcinanda efficax eſt, ſed ſcintilla electrica adhuc citius calcinat. Calces vnius eiusdemque metalli ſaepe admodum inter ſe diſcrepant, prout ignis gradus, metalli quantitas phlogiſtique in calce reliſti ***) portio comparata ſunt. Calcinatio metallorum via humida per aërem, aquam, inprimisque acida peragitur. Saepe plures harum cauſarum iunctis viribus agant neceſſe eſt. Conſtat, cuprum, ferrum

*) Dummodo inter calcinandum nihil acidi aërei abſorbuerit: tum enim pariter efferueſcet, ſed fluidum aëreum, quod ſic extricatur, alius eſt indolis, quam quod ſolutio plumbi regulini in iisdem acidis explicat. Idem valet de ceteris metallis eorumque calcibus.

*) Etiam cetera metalla cum nulla terra, neque cum calcibus metallicis, ne ſuis quidem ipſorum, coniungi ſe patiuntur.

*) Hypotheſin Stahlianam auctor hoc loco, tantummodo vt melius intelligatur, ſequitur, cum notiſſima ſit.

omninoque omnia metalla, quae imperfecta nondum in aëre libero ſplendore ſuo facieque metallica ori ri, tandemque rubigine obduci, quae eſt genuina calx metallica. Idem ipſis accidit, ſi aliquamdiu aquae immerſa iacuerunt. Haec tamen mutatio non in omnibus metallis aeque cita eſt. Mox notabiliterque in ferro cernitur, paulo tardius in plumbo, in nonnullis poſt longum demum temporis ſpatium. Si metallum acidis ſoluitur, ex ipſius ſuperficie exſtunt bullae aëreae, quarum euolutio motum ciet, qui efferueſcentia dicitur, ac tamdiu durat, donec metalli nihil non ſolutum aut calcinatum ſit. Quamdiu ſolutio durat, liquor eſt turbidus, ſed breui post clarus limpidusque fit. Si quid alius metalli ſolutionem decomponere valentis ingeras, metallum ſolutum in eius ſuperficiem praecipitatur, recuperatque priſtinum ſtatum regulinum. Sin ſolutio ſale alcalino, calce, terra ponderoſa, magneſia aut terra aluminis decomponitur, praecipitatum faciem gerit terream. Caret colore, ſplendore, ductilitate metalli ſoluti: pondus ipſius ſpecificum minus eſt, ſed pondus abſolutum calorque ſpecificus increuerunt. Reſpectu acidorum aliter, quam antea, comparatum eſt, cumque nullis metallis connubium init, ne cum eo quidem, ex quo ortum ſuum duxit. Sine additamento ſi funditur, nullas exſerit proprietates metallicas, ſed maſſam vitriformem generat: cum terris colliqueſcit: priſtinam formam recipit, ſi cum corporibus phlogiſticis igne tractatur. Verbo: omnes habet proprietates metalli igne calcinati, adeoque nihil eſt aliud, niſi vera ac genuina calx metallica. Haec ſunt communia omnibus metallis phaenomena, ſi actioni acidorum exponuntur: ſed praeterea magnum inter ea diſcrimen hoc reſpectu intercedit. Non omnia metalla aeque facile in quolibet acido ſoluuntur: cum aliis hoc connubium citius

cum

cum aliis tardius abſolvitur: in aliis ſolutio etiam in frigore fit, alia ſunt calore iuuanda. Alia metalla penitus ſoluuntur; alia tantum in calces corroduntur, ſic vt nihil eorum menſtruum ſubeat. Non omnia acida cum metallis eandem ſubſtantiam aëriformem elaſticam gignunt, neque etiam idem acidum cum omnibus metallis. Si metallum ex hisce ſolutionibus per aliud metallum praecipitatur, recuperat, quod inter ſolutionem amiſit, faciemque exhibet priſtinam, quocunque tandem metallo praecipitetur *). Sed praecipitata ſalibus alcalinis terrisque excuſſa longe alius ſunt indolis, interque ſe discrepant non modo reſpectu metallorum ipſorum, ſed etiam ratione ſolutionis eiusdem metalli pro varia natura ſubſtantiarum praecipitantium varioque gradu dephlogiſticationis praecipitati. — Iam auctor inquirit, quatenus metalla, quae perfecta dicuntur, ab his legibus discedant, numque ideo diſcrimen aliquod inter corpora metallica conſtituendum ſit. Et primum quidem de hydrargyro agit, quod inter haec et cetera metalla medium locum tenere videtur. Hydrargyrum ob inſignem, qua gaudet, volatilitatem, igne minus facile, quam metalla memorata, calcinatur. Admodum longa et taedioſa eſt haec hydrargyri in calcem conuerſio. Puluis ruber, qui hac operatione obtinetur, ſplendore caret metallico, non liquidus eſt, minus volatilis, quam hydrargyrum, ac pondere ſpecifico minore: cum terris copulari ſe ſinit, vitraque tum geneat. Cum acido nitroſo nihil exhibet aëris nitroſi.

*) Nonnullis horum praecipitatorum aliquid terrei adhaeret. Eſt haec, vt BERGMANNVS docuit, pars metalli praecipitantis, quod in hac operatione calcinatur.

troſi. Vno verbo: natura ſua et indole ab hydrargyro regulino mirum quantum discrepat; calx metallica. Solutiones huius metalli eadem, quae ceterorum metallorum ſolutiones, phaenomena exhibent; quae phaenomena ipſius dephlogiſticationem ſatis ſuperque demonſtrant. Hae ſolutiones ſi alcali praecipitantur metallis, hydrargyrum prodit regulinum; ſin ſale alcalino aut ſubſtantiis terreis turbatur, praecipitata fiunt conſpicua eiusdem naturae, cuius eſt calx mercurialis igne parata, adeoque ſunt calces metallicae via humida natae. Aurum argentumque via ſicca poſſe calcinari, docent tentamina academicorum Pariſinorum cum ſpeculo cauſtico inſtituta, EHRMANNI cum aëre vitali, denique ſcintillae electricae in laminas filaque aurea argenteaque vires. Aurum in hisce proceſſibus calcem colori purpurei dat: color calcis argenti nondum accurate definitus eſt *) Experimenta cum ſpeculo cauſtico et a MACQVERO in furno porcellanae coquendae inſtituta calces dederunt coloris oliuacei. Etiam BERGMANNI tentamina rem comprobant: etenim vtrumque metallum non modo ante tubum ferruminatorium calcinauit, ſed etiam cum fluxibus vitrificauit, hocque modo vitra obtinuit colorata. Quod platinam attinet, etſi hucusque ad haec tentamina tantummodo impura platina adhibita fuit, vt, quid ſit ſentiendum, nondum liceat certo definire, tamen probabile eſt, etiam platinam puram poſſe calcinari, quamuis, vt videtur, difficilius auro argentoque.

Clarif-

*) Definitus eſt. Cf. *Beſchreibung einer ungemein groſſen Elektriſier-Maſchine und der damit im Teylerſchen Muſeum zu Harlem angeſtellten Verſuche durch* MARTINUS VAN MARVM, *erſte Fortſetzung, an den Holländiſchen. Leipzig*, 1788. 4. S. 19.

clariſſimus quidem MORVEAV laminam e platina conflatam igne electrico calcinauit inque fumum convertit. Nitro nulla eſt in aurum argentumque vis: ſed platina per hunc ſalem calcinatur. Tria haec metalla ſi acidis ſoluuntur, eadem, quae cetera metalla, phaenomena exhibent. Omne, quod hic certus, discrimen gradu continetur. Praecipitata, quae his ſolutionibus alia metalla excutiunt, pariter ſunt perfecte metallica ſiue regulina *); ſed quae per ſales alcalinos aut ſubſtantias terreſtres deturbantur, omnes habent proprietates generales praecipitatorum ceterorum metallorum eadem ratione paratorum, adeoque verae ſunt calces metallicae **). Forſitan aliquis

*) Dephlogiſticatio *omnium* metallorum per menſtrua acida ſtatusque calciformis, in quem metalla ſic redigunter, nullo argumento certius demonſtrantur, quam phaenomenis, quae harum ſolutionum per alia metalla praecipitationem comitantur. In his operationibus metallum praecipitans acido ſoluitur, dum ſolutum praecipitatur. Itaque illud phlogiſto ſpolietur neceſſe eſt. Hoc phlogiſton cum acido aut aliquo eius principio vnitum tanquam fluidum aëriforme auolaret, niſi libentius cum calce metallica in ſolutione latente coiret, eamque reduceret. Ideo his in operationibus deeſt efferuescentia, praecipitataque regulina apparent. Huic legi vniuerſali metalla perfecta perinde, vt reliqua, adſtricta ſunt. In praecipitationibus ſolutionum ipſorum eadem apparent phaenomena, adeoque hinc eadem concludenda ſunt.

**) Sunt, qui horum trium metallorum praecipitata per ſales alcalinos terrasque parata, productaque, quae ex ipſis via ficca obtinentur, metalla ipſa regulina in particulas minutiſſimas redacta, ceteroquin nihil

quis obiecerit, cum auri, argenti platinaeque praecipitata, nulla materie phlogiſtica addita, reduci poſſint, quod cum metallorum imperfectorum calces fieri nequit, dubitari poſſe, an verae ſint calces metallicae. Hoc vt argumento primario vtuntur, quo diſcrimen tam inſigne inter metalla ſibi videntur reperiſſe. At enim vero facile poteſt demonſtrari, hoc argumentum e praeiudiciis, non e perquiſitione accurata reductionum metallorum dependere. Nam primum falſum eſt, calces trium iſtorum metallorum per ſe ipſas poſſe reduci, nulla adiuncta ſubſtantia, quae phlogiſton calcinatione abactum reſtituere poſſit, hancque ſubſtantiam, qualiscunque tandem ſit, nihil hac in re diſcriminis efficere. Euictum eſt non quamlibet ſubſtantiam inflammabilem ad reductionem omnium calcium metallicarum aeque accommodatam aptamque eſſe. Id quod aliter eſſe non poteſt, cum gradus affinitatis ipſarum cum phlogiſto non iidem, ſed diuerſi, ſint. Solus contactus ſubſtantiae inflammabilis acido arſenicali via humida faciem impertit metallicam. Nonnullae aliae calces metallicae, non omnes, perinde ſeſe habent. Paullulum phoſphori ſi auri, argenti cupriue ſolutioni admiſceas, haec metalla ſub forma completa ſ. regulina praecipitantur: ſed in reliquorum metallorum ſolutione

nihil prorſus immutata, eſſe cenſeant. Sed aut omnis chemia luſus eſt ingeniorum, aut diuerſa corpora cenſenda ſunt, quorum natura viresque diuerſae ſint. Iam cum iſta producta alia phaenomena exhibeant, quam metalla, quibus ortum debent ſuum, etiam natura ſua ab illis diſcrepent oportet; cumque ratione proprietatum ſuarum habita cum ceteris calcibus metallicis congruant, non poſſunt non calces metallicae dici haberique.

ionibus hoc non fit. Vitriolum martiale aurum e menſtruis ſub forma regulina deturbat: ſed aurum olum metallum eſt, cui hoc accidat. Ad calces plum- i reducendas minus, quam in ceterorum metallorum eductionibus, intereſt, quanam materia phlogiſtica tare. Auri, argenti platinaeque calces cum his ubſtantiis phlogiſticis facile reducuntur; quid, quod lis phlogiſton eripiunt, quae eius tenaciſſimae ſunt. Materia caloris lucisque, in qua phlogiſton ineſſe, phaenomena innumerabilia euincunt, horum metal- orum calces facilius, quam ceterorum, reducit. Hoc ſolum eſt diſcrimen, quod *facilius* reducit: nam etiam reliquorum metallorum calces plus minusue perfecte per calorem lucemque reducuntur. Hy- drargyri quidem calces ſine vllo alio additamento fa- iem recipiunt metallicam: nonnullae plumbi calces perinde ſe habent: ferri calx igni ſola expoſita ma- gneti ſit obſequioſa, adeoque ad ſtatum regulinum accedit: nonnullorum aliorum metallorum calces, ſi igne ſat vehementi ſolae vruntur, aërem dephlogiſti- catum perinde exhibent, vt calces mercuriales, quod documento eſt, ipſas ad ſtatum completum pariter ap- propinquare. Calx magneſii nigra, ſi ſimiliter tracta- tur, ſaltem ex parte albeſcit. Suſpicatur auctor, plu- ribus tentaminibus inſtitutis nos tandem eo peruen- turos eſſe, vt omnes calces hoc modo perfecte re- ducamus. Igitur etiam hic nullum aliud apparet diſcrimen, niſi quod gradu ſpectatur, omninoque hoc ſolum diſcrimen in naturae productis proceſſibus- que detegere licet.

Ex his, quae dicta ſunt, apparet: nullam ali- am inter metalla dari differentiam, niſi qua ſingula natura ſua diſtinguantur; in omnibus metallis eas- dem reperiri proprietates, ſed gradu inter ſe diuer- ſas; hinc claſſes metallorum, quarum limites accu- rate definiti ſint, non dari, neque etiam aſſumi poſſe, niſi

niſi naturae, quod ipſi non competit, obtru-
velis. Quod ſi ad corpora naturalia in claſſes
menda differentiae tales, quales inter metalla
cum habent, ſufficerent, liceret v. c. vini ſpiritum,
ſpeculo cauſtico ferroque candefacto non accendi
a corporibus inflammabilibus ſeparare. Qua ra-
omnem naturae ſcientiam perturbari, quis non
telligit? —

p. 264–282. XI. *Experimenta et relationes ad proceſſum amalgamatorium promouendum comparata.* Communicata a F. G. H. DE TREBRA. Primum deſcribuntur experimenta cum apparatu paruo ad imitationem quo monticolae vtuntur, conſtructo ab auctore ſtituta. Is apparatus in tabula aenea ſiſtitur. gulum arſenici cum hydrargyro copulari poſſe, a pluribus negatum, ſed a BERGMANNO demonſtratum fuit, etiam ex auctoris tentaminibus conſequi videtur. — Additur deſcriptio tabulae aeneae ratum amalgamatorium Ioachimsthalenſem bentis.

Epitomae primo volumine continentur hae:

p. 285–304. I. *De ſitu Tauriae naturali, natura et indole ſoli aquarumque ipſius, omninoque omnibus obiectis regni mineralis, quae ibi reperiuntur. Epitome operis maioris, quod academia Petropolitana anno* 1786 *euulgavit. Communicata a Principe* DEMETRIO GALLIZIN *Hagae Comitum.* Sita eſt Tauria inter 50° et 55° longitudinis, et inter 45° et 47° latitudinis. Septentrionem verſus extenditur vsque ad gubernium Catharinoslawenſe, verſus orientem terminatur mari Aſowienſi ac flumine Cubanenſi, verſus auſtrum et occidentem mari nigro. Quatuor ſunt eius partes: planities, montana regio, peninſula Kertſch et peninſula Taman. — *Planities* conſtat e planis amplissimis, quae a Boryſthene ad Perecopium, indeque ad flumina Salghir et Boulghanak occidentale extendun-
tur

Reperiuntur ibi plures lacus ſalſi, fontes aquae ſae, corporaque marina petrefacta, id quod vide demonſtrare, hanc Tauriae partem olim ſub aquis rinis latuiſſe. Solum eſt argilla flaua in ſuperfi- miſta humo rurali ſalique copioſo. Fertilitas ſoli equalis eſt, atque ab humo rurali et humiditate li dependet. Solum bonum paſcendis pecudibus riisque culturae generibus aptum eſt, ſed caret boribus, qui tamen defectus ſatione facile poſſet ppleri. Aquae fluminum riuorumque parum obantur, cum in ſolo limoſo tardiſſime proſerpant. teales ſaepe ſalſae, interdum inſipidae ſunt, ac is minusue partium ſalinarum continent, ſed putei rca Koslow aquam dant optimam. Lacus ſalſi ma- vicini ſunt, ſolumque leuiter inclinatum, quo a ri ſeiunguntur, conſtat e fragmentis teſtaceorum ſabulo marino; vnde cogas, lacus iſtos fuiſſe olim us maris, atque etiam nunc ſubterraneam inter il- os hocque communicationem intercedere; nam etſi credibilis copia ſalis quotannis inde extrahitur, non men exhauriuntur, quamuis riui incidentes aquam lcem aduehant. Parum hi lacus profundi ſunt, lumque aliorum ſabuloſum, aliorum argillaceum eſt. l calore aeſtiuo ingenti elicitur, ſic vt nullo ad id ominum labore aut artificio opus ſit. Aeſtate plu- ioſa longe minor eius copia obtinetur. — *Montes* rope Caraſſoubazare incipiunt, ibique viginti leu- s ruſſicas a flumine Salghir diſtant. E lapide con- ant ſolido, mixto e conchitis ſabulaque craſſiore. Diuiduntur in montes anteriores, medios, et altos ue iugum meridionale. Alii videntur e ſedimento quarum marisque nati, alii ortum ſuum debere igni ubterraneo, denique alii veſtigia exhibent clariſſima magnarum reuolutionum, quas per ignis ſubterranei vehementiam paſſi ſunt. In hac regione montana nfignes cernuntur cataractae, quarum quae ad

Akar-

Akar-ſou eſt, maximam attentionem meretur, c
aquarum caſus perpendicularis $\frac{3}{10}$ leucae ruſſicae e
ciat. Magnus in montibus cauernarum numerus
peritur, quas priſci huius terrae incolae excauar
Quod producta ſpectat vulcanica, proſtant 1)
mices nigricantes, 2) fragmenta inſignia argillae
rae ſolidaeque cum pyrite ſulphureo cryſtallique
tiſcentes, 3) quatuor lauae ſpecies. Vna ſpecies
admodum ſolida, plenaque cryſtallis ſchorlaceis
gris: altera e griſeo virideſcens, poroſa, plena g
nis vitreis ac tanquam immerſa vitro albo et vir
tertia terrea, fuſca, inſtructa cryſtallis ſchorlaceis
guis coloris nigri: quarta obſcure griſea aut nig
cauernulas hic illic exhibens repletas cryſtallis nig
albisque fatisſcentibus. Haec exempli cauſa ex
ſigni penu obſeruationum oryctologicarum hic p
poſitarum. — *Peninſula Kertſch* 20 — 21 leu
ruſſicas longa, 20 — 50 lata eſt. In introitu pla
aperta, poſt colles, denique prope Kertſch mont
adeo exigui apparent. Litora maris nigri et Aſowi
ſis hanc cingentia peninſulam altiſſima ſunt, praeru
maximamque partem argillacea. Inter colles re
riuntur lacus ſalſi, quorum plerique modo per iſthm
tenues, e ſabulo marino conchisque compoſitos,
mari ſeiunguntur. Iſthmus Arabat peculiarem pen
ſulae partem conſtituit, e ſabulo conchisque conſt
lacusque nonnullos ſalſos continet. In montib
caeruleum Berolinenſe natiuum occurrit. Ad vnu
leucae ruſſicae diſtantiam a Yenikale fontes aqu
ſalſae e terrae viſceribus petroleum educunt: ſolum
argillaceum hos fontes circumdans in ſuperficie p
troleo imbutum eſt: petroleum picis inſtar nigru
eſt, facileque igni admotum inflammatur. Qui
que leucas ruſſicas inde ad ſeptentrionem et occ
dentem diſtat lacus ſalſus in montis vertice, pleru
limo nigro ſulphureo. Odorem exhalat ouorum pu
tido

ridorum, heparque ſulphuris plantis huius lacus adolarescit. — *Inſula Taman* circiter ſexaginta leucas ruſticas longa eſt: maxima latitudo quadraginta, minima viginti efficit. Solo eſt argillaceo, collibus obſita, admodumque excelſa. In parte meridionali ſolum eſt ſabuloſum, inprimis circa Limanum Cubanſi, vti ampliſſimae ſalinae lacusque ſalſus occurrunt. Sal aeſtate paratur. Inſula nebulis admodum obnoxia eſt, vnde etiam nomen accepit: etenim Touman turcice nebulam ſignificat, ac MÜLLERVS docuit, hanc inſulam a Turcis non Taman, ſed Touman appellari. Ad quinque leucarum ruſticarum diſtantiam ab oppido in cacuminibus collium argillaceorum foramina reperiuntur limum ſalſum eructantia. Alia eorum deſierunt iam eructare, alia etiamnunc limum obſcure griſeum petroleoque imbutum euomunt. Colles hi fere rotundi ſunt, aperturam habent exiguam rotundam, in medio apice, ex qua limus ſub bullae forma euehitur et quaquauerſus extenditur. Solum circumiacens ſterile eſt, interdumque ſale tectum Glauberiano, quo etiam limus ſiccatus contegitur. Circa foramina ſolum eſt fiſſum ac mobile. In vicinia foraminum adhuc vomentium calor quidam ſentitur, etſi limus eructatus tactu frigidus reperitur. Adde, quod tempeſtate calida longe plus, quam frigida, euomitur. Ad viginti leucarum diſtantiam a Taman fontes ſalſi petroleum dant copia multo maiore, quam ipſa illa foramina. Limus etiam illic per aperturam rotundam prodit: ſed omnes fontes ſalſi aqua ſalſa limoſa pleni ſunt, cui petroleum innatat. Petroleum hoc interdum efficit ſtratum vnum circiter pedem altum, longeque craſſius eſt ac magis nigrum Yenikalenſi. Solum fontes circumdans maximam partem nihil aliud eſt, niſi ſchiſtus margaceus, ſubgriſeus et ſubflauidus, petroleo ſaturatus, qui in aëre libero in laminas tenues fatiſcit,

ſcit, adque alumen conficiendum poteſt adhi
Ad brachium meridionale fluminis Kuban ſor
naphthae purae eſſe dicuntur. Hoc petroleum t
volatile eſt, vt Solano flante ipſius vapores vel
media peninſula Tauriae odorari poſſis. — *De ſi
mate et indole aëris.* Clima Tauriae calidum eſt. I
ſignis copia arborum plantarumque, inprimis fr
ctus delicatiſſimi, qui aëre in libero perfecte mat
reſcunt, hoc ſatis ſuperque demonſtrat. Calor t
quartas partes temporis annui perdurat, natura
vt priſtinas vires hyeme fractas recuperet, quat
menſes interdumque minus temporis ſpatium ſol
ciunt. Ver menſe Martio incipit, aërisque calor
eo inde tempore paullatim ad ſummum ardoris gr
dum euehitur, qui ſaepe a medio Iunio ad finem
que Auguſti durat. Semper tamen temperatur ve
tis vehementibus conſtantibusque, qui admod
regulariter ab hora decima antemeridiana ad ſext
pomeridianam flant. Pluuiae frequentes, ſaepe cu
tonitru vehementiſſimo coniunctae, etiam ad aëre
refrigerandum conducunt. Menſes September
October tempeſtatem efficiunt ſuauiſſimam. Mod
ratus tunc eſt aëris calor coelumque ſerenum;
quod ad medium vsque Nouembrem continuo du
rat. Decembri menſe frigus nixque, ſed incon
ſtanter, apparent: glacies ſemper intra duos tres
dies euaneſcit, ac Ianuario dies calidi amoenique
neutiquam rari ſunt. Solani et Aquilones conſtanti
ſimi ſunt: hyeme vehementer ſpirant, niuemque ac
frigus aduehunt. Autumno et vere coelum reddun
nebuloſum, aeſtate aërem refrigerant ac purgant.
Omnes ceteri venti ſunt fere inconſtantes. Afric
pariter eſt character peculiaris. Violenter ſpira
frequentiſſime tempore autumnali, tuncque calor ſe
titur aëris peculiaris cum ſiccitate coniunctus, etiam
coelum tunc temporis tectum ſit. Igitur probabile

, hunc ventum eiusdem eſſe naturae, cuius ſunt empeſtates calidae in Perſia aliisque Aſiae regioni-us. In vniuerſum maior calor frigusque vehemen-ius in planitie, quam in montibus, ſentiuntur, plu-iaque illic tempore aeſtiuo rarius cadit. Alius ven-us e genere inconſtantium, qui in prouincia Balou-ava aliisque locis litoris meridionalis obſeruatur, uriter meretur attentionem. Vndarum maris im-etu actarum inſtar violenter incipit, breui ſedatur, emorabilemque generat calorem inque aëre fortem dorem, quamquam plerumque poſt ſolis demum ecaſum ſpirat, et a mari oritur. Aëris conſtitutio, aërem circa mare Aſowienſe excipias, vbiuis ſa-uberrima eſt. Nulli hic morbi endemii regnant, ccurruntque fere febres intermittentes et acutae, ac yſenteria, quae circa finem aeſtatis apparent, faci-eque poſſent caueri, ſi incolae a refrigeratione ſeſe melius defenderent, fructibusque immaturis abſtine-rent. Peſtis in Tauria nunquam nata eſt, ſed ſem-per e terris Turcicis illuc translata, morbique illius terribilis, quem Aſtracanenſes morbum Crimmenſem vocant, hic tantummodo nomen cognitum eſt, nec quenquam de eo loqui audias.

II. LEIBNITII *tentamina ſucceſſu deſtituta cum machinis montaniſticis ſyluae Hercyniae. E ſcriptis archiualibus communicata a* F. G. H. DE TREBRA. Inſtituerat LEIBNITIVS, cum aquae ad machinas mouendas iuſtae deeſſent, hunc defectum vento ſupplere, ſed res ſucceſſu caruit. Iam CALVÖRIVS de tentaminibus Leibnitianis fuſe expoſuit. Hic longe accuratius de iis clariſſimus TREBRA coepit agere. p. 305–324.

Adnotationes primi voluminis ſunt:

I. *De monticultura hodierna relationes.* Breuiter narratur, quomodo noſtris diebus comparata ſit quaeque augmenta ceperit monticultura in imperio Auſtriaco, Saxonia ſuperiore, Saxonia inferiore, p. 327–336.

Germania meridionali, regno Boruſſico, Helue
vicinisque montibus Sabaudiae, regnis ſeptentrion
libus, Magna Britannia, Gallia, regno Hiſpanico.

p. 337–360. II. *Obſeruationes mineralogicae ſuper monti
in itinere Praga Ioachimsthalium facto.* Auctore ca
ROLO ANTONIO RÖSSLER, *C. R. conſiliario cu
et inſpectore rerum montaniſticarum ſuperiore in Bo
mia.* In prima ſectione montes (maximam parte
arenacei) pertractantur a Praga vsque ad Foratſche
pone Kolleſchowitz procurrentes. Notabile eſt ſtr
tum lithanthraceum Buſtichradenſe ditiſſimum, c
ius pars ante plures annos caſu ignem cepit, qui no
dum potuit, quantumuis laboraretur, exſtingui. D
lapidis arenacei et granite fatiſcente et aquis eloto or
gine. — Altera ſectio ſpectat montes anteriore
prope Foratſchen vsque ad eminentiam Giſshübe
lenſem. Granitici ſunt. Granites hoc loco com
poſitus eſt 1) e feldſpatho dilute rubro, quarzo alb
granis mediocribus, nulla mica, 2) feldſpatho ru
bro, multo quarzo, nulla mica. Etiam baſaltes hi
reperitur. Hac occaſione de baſaltae origine noſter
breuiter agit. FERBERI auctoritate ſuffultus credi
plures montes e baſalte conſtantes veras eſſe vulcano
rum progenies; ſed negat, omnes huiusmodi mon
tes ortum habere vulcanicum. Vel baſalten colu
mnarem contendit via humida naſci potuiſſe. Omni
no tales montes negat pro vulcanicis haberi poſſe
niſi veſtigia adſint certiſſima vulcani olim ignivomi
iamque exſtincti. — Tertia ſectio tractum ab emi
nentia Giſshübelenſi ad thermas vsque Carolinas de
ſcribit. Etiam hic granites dominatur. Varietates
illius hic reperiundae deſcribuntur. De granitis
prophyritas aemulantibus. — Denique quarta ſectio
regionem ſpectat a thermis Carolinis ad Ioachims
thalium vsque. — De montibus Ioachimsthalenſi
bus ipſis in continuatione differetur.

III.

III. *Extractum e diario ſuper itinere Hannovera* p. 361–
ad regiones Rheni ſuperioris fodinarumque hydrargy- 393.
ri Palatinatus anno 1787 inſtituto. Auctore O. F.
LASIO. Tabula aenea addita eſt, in qua a mari Balthico vsque ad montem Bructerum variae montium altitudines exhibentur. Multae inſperſae ſunt obſeruationes ad Germaniae vulcanos exſtinctos pertinentes.

IV. *Extracta ex epiſtolis:*

1) I. HAWKINS. De mineralogia Graeciae. p. 394–
Geologia huius terrae digniſſima eſt, quae a naturae 395.
ſcrutatoribus diligenter excolatur. Denudationes ſtratorum, e quibus montes conſtant, inprimis in litoribus inſularum Archipelagi, ſtudium ſtructurae interioris horum montium admodum facilitabunt. Omnes propemodum primitiui ſunt, ac praeter ſaxa iam in Germania cognita nonnulla noua priusque incognita continent. Omnes metallifodinae antiquorum temporum in Attica, Macedonia, Thracia, Thaſo, Siphno et Cypro iam neglectae obliuionique traditae ſunt. Vidit tamen H. aliqua earum veſtigia propemodum deleta iuxta montem Laurium in Attica, Siderocapſae in Macedonia, et Solcae in Cypro. In ſingulis his locis reperit ingentes ſcoriarum acernos, atque Siderocapſae argentifodinam magni pretii, quam 150 Graeci colerent. Deſcriptionem huius argentifodinae actis ſocietatis metallicae inſerendam ſe curaturum eſſe, pollicetur. Miſera eſt monticulturae minerarumque excoctionis ibi ratio ac remotiſſima a noſtra perfectione. — Nullus in omni oriente locus geologorum attentionem magis meretur, quam Thera inſula (*Santorin*), vicinaeque inſulae minores nuperioribus temporibus exortae. In geologia harum inſularum ſcrutanda octo dies H. occupatus fuit, iamque in eo eſt, vt eius deſcriptionem cum mineralogis communicet.

p. 396–401. 2) D. GROSCHKE. Primum deſcribitur ſaxum e columnis baſaltae compoſitum in litore meridionali inſulae Scoticae Mull, cuius effigiem tabulae aeneae in titulo huius voluminis expreſſa exhibet. Oritur de Staffa. Zeolithus ſiliceus coloris flauide viridis, qui Dunglaſſi prope Dumbarton in Scotia reperitur, cum Prehnite e capite bonae ſpei allato quoad principia penitus congruit, eandemque cum illo proprietatem admittit. Cryſtalliſatio ac ſtructura primum noſtrum mouerant, vt aliquam inter duo haec foſſilia affinitatem intercedere ſuſpicaretur. Quae ſuſpicio aliquot tentaminibus cum acidis et ante tubum ferruminatorium a noſtro inſtitutis firmata, iamque examine Klaprothiano extra omnem dubitationem poſita eſt. De cryſtalliſatione huius zeolithi. De variis Scotiae faxis. In montibus Grampianis ſchiſtus occurrit micae ditiſſimus, qui cum aqua forti efferuescit, ſed etiam ad chalybem vehementer ſcintillat. Ceterum hi montes conſtant e gneiſſo, ſchiſto illo calcareo, ſchiſto micaceo, ſchiſto argillaceo, porphyrio et granite. Ad memorabilia montium Scoticorum pertinent etiam terra ponderoſa aërata cryſtallique forma habituque cryſtallis cruciatis ſyluae Hercyniae ſimiles. Vtraque foſſilia Strontiani reperta. Prope ſuperficiem terrae in ſpato calcareo cumque galena occurrit Caſtletowni in Derbyſhire *bitumen* obſcurum nigro-fuſcum *elaſticum*, reſinam elaſticam Cayennenſem tinctu et elaſticitate perfecte aequans. — Poſtremo loco de duobus lapidibus nuper demum cognitis inſignis durities et ponderis agitur. Altera ſpecies patriam habet prouinciam Indiae anterioris Bengalenſem, iamque per aliquot annos in Anglia cognita fuit, ſpatum adamantinum (*adamantine-ſpar*) ibi dicta. Ab incolis Bengaliae corundum vocatur. Abb. HAÜY in diario phyſico Pariſino eius cryſtallyſationem deſcripſit, ſed falſo putat, ſegmen-

ſegmentem in priſmate ſexlatero vtrinque truncato ſemper adeſſe, adeoque harum cryſtallorum charakterem conſtituere. Etenim hoc ſegmentum modo accidentale eſt, pendetque a ſtructura partium, quae cum oblique ſitae ſint, facile ſecedit cryſtalli angulus ſegmentumque illud efformat. In granite hoc foſſile hoſpitatur, id quod noſter in multis vidit ſpecimínibus; vt SAGIVS tantummodo matricem, non ipſum ſpatum adamantinum, vidiſſe videatur, vtpote quod pro granite habeat e quarzo, feldſpato ſchörloque nigro compoſito. Altera ſpecies ſpati adamantini e regno Sinenſi adportatur, nuperrimeque demum in Europam venit. Hoc foſſile in Sina, quemadmodum corundum in Bengalia, in puluerem redactum ad lapides duros ſecandos poliendosque adhibetur. Obſcuro eſt colore, duriſſimum, ponderoſiſſimum. Cryſtalli videntur e laminis conſtare ſex laterum, quae ad alteram extremitatem magnitudine magis magisque decreſcunt. Habet noſter cryſtallum vnum pollicem altam: diameter extremitatis maioris tres quartas partes pollicis, minoris dimidium pollicem eſſ~~icit~~. Quotquot vidit ſpecimina, hanc exhibent formam, vt definire non audeat, num extremitates ſemper ſint truncatae, an cryſtallus in apicem excurrat. Matrix etiam granites eſt, conſtans ille e feldſpato rubro, quarzo, mica et ſchoerlo. Clariſſ. KLAPROTH hoc foſſile examinauit. Pondus ſpecificum reperit 3,710. Quinta pars ſpeciminis ad experimentum ſumti (ponderauit 300 grana) fuit ferrum magneticum, quod pro principio ipſius nequit haberi. Ad principia quod ſpectat, reperta ſunt 154 grana terrae aluminaris, et 77 grana terrae a terris quinque ſimplicibus cognitis diuerſae adeoque pro noua habendae. Itaque modo 9 grana perierunt.

3) SCHREIBERI, *inſpectoris fodinarum Gal-* p. 402-
liae. De mineris nonnullis argenti Allemontenſi- 404

bus, mutationibusque, quas in ſole aëreque liber patiuntur.

p.405–408. 4) Alicuius ex iis, qui ante annos aliquot regis Hiſpaniarum auctoritate e Saxonia in Nouam Hiſpaniam ad monticulturam minerarumque excoctionem ibi perficiendam arceſſiti ſunt. Primo nauigatio Gadibus in Nouam Hiſpaniam breuiter deſcribitur. Montes prope Ialapam e maſſa conſtant baſaltina per vulcanos ingentes paſſa mutationes, nam cauernulas habet vacuas. Ad Pirote occurrunt porphyrius, pumex ſaxumque baſaltinum modo dictum. Magis ad occidentem montes calcarei. In tota hac regione veſtigia cernuntur clariſſima reuolutionis, quam olim telluris cortex ibi ſubiit, vehementiſſimae. —

p.409–ad fin. Sequuntur catalogus eorum, qui ſocietatem metallicam conſtituunt, tabulaque acceptorum et expenſorum.

Tranſimus iam ad volumen alterum.

Vol. II. Primo loco explicatur tabula aenea in titulo huius voluminis expreſſa, ſiſtens cum Rammelsberga locum, vbi furnus vſtulatorius ingens in inſula Angliae Angleſey vſu receptus aedificatus fuit.

Diſſertationes hoc volumine continentur ſequentes:

p.1-22. I. *Relatio de aurifodina ad la Gardette prope Allemont, communicata a* I. G. SCHREIBERO, *inſpectore fodinarum Galliae. E gallico verſa. Accedit tabula aenea ſectionem huius aurifodinae horizontalem et perpendicularem ſiſtens.* Cum ſumtus non ferret huius fodinae cultura, neglecta fuit.

p.23–48. II. *Examen chemicum cryſtallorum cruciatarum montis St. Andreae ad ſyluam Hercyniam ac ſpati ponderoſi ſolidi Rammelsbergenſis. Auctore* WESTRVMB. Cryſtalli cruciatae (*Kreuzkryſtallen*) montis St. Andreae iam ab HEYERO diligenter ſunt examinatae, noſter tamen earundem analyſin a ſe inſtitutam deſcri-

bere

bere non dubitauit, cum non modo duas earum varietates examini ſubiicere chemico ipſi licuerit, ſed viam aliam, quam HEYERVS, viam inſtiterit. Quod habitum externum harum cryſtallorum attinet, inſident ſpato calcareo, nonnunquam etiam quarzo. Figura ſunt tabulata. Quaeuis tabula facies habet binas anguſtas, binasque longe latiores. Extremitates harum tabularum quadrilaterae ſunt ac facies rhomboideis acuminatae. In faciebus latioribus tabulae ab alia tabula eiusdem formae ſecantur, ſic vt cryſtalliſatio crucis figuram referat. Interdum hae tabulae non in apices excurrunt, ſed oblonga ſiſtunt regularia. Sic eſt comparata ſpecies notior harum cryſtallorum e fodina *Abendröthe*. Rarior ſpecies, quae modo ſemel in fodina *Andreaskreuz* occurrit, minus regulariter cryſtalliſata eſt, ac varie differt reſpectu decuſſationis tabularum, ſtructurae earundem, apicumque e facies rhomboideis compoſitorum. Inprimis diſcrepat a ſpecie notiore eo, quod in ſuperficie irregulariter profunde ſtriata eſt, ſic vt oculis armatis e pluribus cryſtallis conflata videatur. Species notior harum cryſtallorum colorem habet lacteum, rarior fuſce cinereum. Tam in faciebus externis quam in fractura vtraeque varietates plus minusue ſplendent. Splendor tamen ſpeciei rarioris fortior eſt, quam vulgaris. Huius ſplendor cereus eſt, ſplendorem aequat matris perlarum. Dantur acerui cryſtallorum perfecte pellucidarum; ſed pleraeque, quas auctor vidit, obſcurae ſunt. Nonnullae ſunt ſemipellucidae: in vniuerſum ſpecies rarior magis pellucet altera. Fractura eſt foliata adque ſpataceam accedit. Diſſiliunt cryſtalli in fragmenta lateribus indefinitis, acutis. Duritie ſunt media: vitrum leuiter incidunt. Ad chalybem alliſae ſcintillas edunt exiguas, interque digitos poſſunt comminui. Tactu ſunt frigidae. Mediocri ſunt pondere: grauitas ſpe-

cifica ſpeciei albae eſt 2,355, coloratae 2,361. — Has iam cryſtallos noſter igne, aqua, ſalibus alcalinis, acidis fluxibusque tentauit. E centum grana cryſtallorum albarum obtinuit:

	Gr.
terrae ſiliceae -	44
terrae ponderoſae -	20
terrae aluminaris -	20
aquae - -	16
	100

Totidem grana cryſtallorum coloratarum dederunt:

	Gr.
terrae ſiliceae -	47,50
terrae ponderoſae -	20,00
terrae aluminaris -	12,00
ferri magneſia mixti -	4,50
aquae - -	16,00
	100

Nihil prorſus terrae calcareae in his cryſtallis continetur. Forſitan tenent aliquid acidi vitriolici. Eadem principia HEYERVS detexit: proportio tantum paullulum variat, cuius discriminis rationem reddere noſter ſtudet. — In nullo ſyſtematum mineralogicorum lapidem reperias, quo has cryſtallos poſſis referre. Vnus KIRWANVS BINDHEIMII auctoritate inter ſpecies tereae ponderoſae refert terram ponderoſam aëratam cum notabili portione terrae ſiliceae et ferri. Facile tamen intelligitur, etiam ab hac ſpecie has differre cryſtallos. Noſter eas ſecundum KIRWANI principia definit terram ponderoſam cum magna portione terrae ſiliceae, notabili quantitate terrae aluminaris et aquae, ſaepe etiam paullo ferri magneſio remixti. — Spati ponderoſi Rammelsbergenſis characteres externi ſunt hi. Colore eſt ſub-

coeruleo-griſeo, qui in aliis locis in nigro-griſeum, in aliis in albide griſeum vergit. Reperitur in frustis magnis ſolidis. Splendore eſt debili, non metallico.

Fractura parum aſpera, interdum ſubſpatacea. Diſſilit in fragmina lateribus indefinitis, acutis. Non eſt pellucidum: tantummodo portio albide griſea ad margines ſemipellucida eſt. Solidum eſt, non tamen durum: vngue enim poteſt incidi. Ad chalybem alliſum deteritur, rariſſimeque ſcintillat. Portio lucidior durior eſt obſcuriore. Parum cedit facileque frangitur. Tactu frigidum, nec pingue eſt. Pondere eſt inſigni: grauitas enim eius ſpecifica ad grauitatem aquae deſtillatae refertur = 4313: 1000. Ad principia huius lapidis extricanda w. ignem, aquam, acida, alcalia, alios ſales adhibuit. Dederunt centum grana

	Gr.
ſpati ponderoſi -	83,50
terrae ſiliceae -	6,50
calcis martialis -	4 00
ſelenitae - -	2,00
aluminis - -	1,50
aquae et bituminis -	2,00
	99,50
Perierunt adeo -	0,50

Quo melius de principiis huius foſſilis conſtaret, analyſis repetita fuit. Tum haec reperta eſt eorum proportio, paullulum immutata, ſed de noſtri ſententia verior. Dederunt centum grana:

	Gr.
ſpati ponderoſi -	82,00
calcis martialis -	4,00
terrae ſiliceae -	6,50
ſelenitae - -	2,50
aluminis - -	1,50
aquae et bituminis -	2,00
	99,50
Perierunt itaque, vt prius	0,50

Vocat hunc lapidem w., donec nomenclatores aliud nomen repererint, ſpatum ponderoſum bituminoſum, aut cum KIRWANO lapidem hepaticum, etſi nihil tenet hepatis ſulphuris, et a lapide hepatico KIRWANI et BERGMANNI ratione proportionis principiorum vehementer discrepat *). Quod documento eſt, ſyſtema mineralogicum ſoli analyſi chemicae proportionibusque principiorum per eam enotis vix poſſe ſuperſtrui.

p. 49—58 III. *Deſcriptio canis (carruli vehendis mineris) maioris Sachſenhauſenſis axe mobili clauoque directorio procurrente. Auctore* STOCKICHT, *commiſſionario rerum montaniſticarum Braubaci.* In tabula aenea mechaniſmus huius inſtrumenti ſiſtitur.

p. 59—79. IV. *De praeparatione minerarum effoſſarum ad excoctionem in fodina St. Annae Kremnitzii. Auctore* I. F. G. DE CHARPENTIER, *conſiliario rerum montaniſticarum Fribergae Hermundurorum.* Tabula aenea huius praeparationis admodum ingenioſae rationem exhibet.

p. 80—102. V. *De fuſione minerarum plumbi in furnis flammantibus Bleybergae in Carinthia. Auctore* I. DE BORN, *C. R. conſiliario aulico.* Tabula aenea addita eſt.

VI. *De*

*) Vid. T. BERGMANNI ſciagr. §. 90.

VI. *De vſu lithanthracum deſulphuratorum (Co-* p. 103–
ks) ad fuſionem minerarum plumbi cuprique argenti- 120.
ferarum in comitatu Wiedrunkelenſi. Auctore KLEIN-
SCHMIDT, *conſiliario camerae Offenbaci.*

VII. *Hiſtoria amalgamationis Ioachimsthalii in* p. 121–
Bohemia. Auctore CAROLO ANTONIO RÖSSLER, 199.
C. R. conſiliario rerum montaniſticarum ac monticultu-
rae in Bohemia inſpectore ſuperiore.

VIII. *Theoria amalgamationis, communicata a* p. 200–
FAVSTO D'ELHVYAR. *Continuatio.* 296.

Diſſertatio II. Inquiſitiones in acidi muriatici vires erga aurum argentumque vires. Acidum nitroſum argentum facile ſuſcipit, ſic vt nec magna concentratione nec calore opus ſit, etſi ſolutio tum accelleratur. E contrario acidum vitriolicum magnum concentrationis gradum ebullitionemque exigit, vt iſtud metallum adoriatur, atque ſuſcipiat. Sed acidum muriaticum *fluidum* in argentum regulinum agere poſſe, hucusque ab omnibus negatum fuit. Hoc tum demum fieri poſſe chemici aſſeuerarunt, ſi acidum muriaticum in vapores verteretur, id quod in auri ſeparatione per cementationem accidit. Hac in operatione laminae aureae argentiferae cum ſale culinari, vitriolo martis vſto et farina laterum ſtratificantur inque vaſe congruo igni exponuntur. Acidum vitriolicum igne euolutum ſalem culinarem decomponit, ſic vt acidum muriaticum extricatum argentum adoriatur et ab auro ſeiungat. Sic hoc phaenomenon vulgo explicant: recte, vt videtur, tentaminibusque a noſtro inſtitutis conuenienter. At ſi cogites, acidum vitriolicum argentum ſoluere poſſe, acidumque muriaticum forſitan poſtmodo argentum ſolutum ob maiorem affinitatem vitriolico eripere, intelliges, hoc experimentum argumentum eſſe admodum ambiguum effectus immediati acidi muriatici in argentum. Igitur vt certo diſceret, num haec

argenti

argenti ſolutio vni acido muriatico deberetur, [illegible] noſter tentamen inſtituit. Laminas argenti cuſas, ſubtilius eas diuideret, cum quarzo tenuiter pol[illegible] rato in mortario vitreo contriuit. Huic miſturae [illegible] iunxit ſalem culinarem, omniaque tum ſub forn[illegible] docimaſtica in furno docimaſtico calcinauit. In hanc operationem acidum muriaticum in vapor[illegible] formam conuerſum eſt, qui tum viſu, tum o[illegible] ratu ſentirentur. Ad ſalem alcalinum ſalem[illegible] culinarem, ſi quid eius remanſiſſet, extrahend[illegible] miſtura calcinata ſaepius aqua deſtillata edulcorata [illegible] ſiduumque aqua forti pura digeſtum eſt. Liquor [illegible] cantatus cum acidi muriatici aliquot guttis tent[illegible] tur, colorem non immutauit nullaque argenti v[illegible] gia exhibuit. Reſiduum iterum aqua deſtillata ed[illegible] coratum tumque acido muriatico concentrato di[illegible] ſtum eſt *). Liquor cum limpidus factus eſſet, [illegible] cantatus eſt, parsque eius aqua deſtillata diluta, [illegible] facto protinus tinctum lacteum contraxit. Sedim[illegible] tum decidit, quod breui colorem adipiſceretur pe[illegible] larum, verbo, verum argentum corneum eſſe[illegible] Hoc experimentum manifeſto docuit, acidum mur[illegible] ticum in vapores conuerſum argentum adoriri po[illegible] tusque ſoluere. Iam noſter tentauit, num acidu[illegible] muriaticum fluidum argentum admodum ſubtilit[illegible] diuiſum pariter ſuſciperet. Hoc conſilio laminas [illegible] genteas cum quarzo contriuit, hancque miſtura[illegible] cum acido muriatico concentrato dimidiam hora[illegible] coxit. Liquor limpidus decantatus, aqua deſtilla[illegible] adfuſa argentum corneum perinde dedit. Vt, qu[illegible] in

*) In aliis proceſſibus chemicis noſter didicerat, qu[illegible] prius incognitum fuiſſe autumat, argentum corneu[illegible] in acido muriatico ſolui, indeque per aquam praeci[illegible] pitari.

frigore acidum muriaticum in argentum valeret, ...ter diſceret, laminam argenteam vitro ingeſſit, ...idumque muriaticum concentratum ſuperfudit. ...imis horis nullam fieri vidit mutationem: interim ...nina coepit nigreſcere dieque inſequenti penitus ...ſata fuit. Liquor aqua deſtillata dilutus argentum ...dit corneum. Iam etſi haec tentamina effectum ...mediatum acidi muriatici in argentum ſatis ſuper- ...e euincerent, tamen inquirere noſtro placuit, num ...rte bolus, quo bracteatores vtuntur, cuiusque ...nnihil laminis argenteis adhaereſcere potuerat, ad ...nc ſolutionem acidum muriaticum dephlogiſtican- ...o aliquid contuliſſet. Igitur argentum e ſolutione ...troſa per laminam cupream praecipitatum cum ...ua deſtillata ſaepius coxit, donec aqua nulla am- ...ius acidi veſtigia exhiberet, tumque cum acido mu- ...atico concentrato in frigore digeſſit. Argentum ...aecipitatum, quod e puluere conſtaret tenuiſſimo, ...i particulae craſſiores admixtae eſſent, ſuperfuſo ...cido muriatico protinus in maſſulas coaluit. Hae ...aſſulae pedetentim decreuerunt volumine, ſic vt bi- ...o elapſo non amplius cernerentur. Liquor iam ...mpidiſſimus apparuit, ſed cum aqua dilueretur, pro- ...mus lacteam faciem contraxit, ſedimentumque de- ...idit, quod verum eſſet argentum corneum. Ex his ...entaminibus iure meritoque cogas, acidum muria- ...icum vulgare argentum regulinum etiam in frigore ...erfecte ſoluere. Modo argentum ſubtiliter diui- ...um, acidumque admodum concentratum ſit. Quod ...nimis dilutum eſt, in argentum, ſaltem intra vi- ...inti quatuor horas, nihil valet. Solutio limpida eſt, ...olaremque habet acidi muriatici communem Sal ...etallicus in ea contentus tantum exceſſu acidi ſolu- ...us tenetur *), cumque in aqua ſit inſolubilis, certe parum

*) Etiam aqua regia argentum corneum ſoluit, hocque perinde decidit, ſi ſolutionem aqua diluas. Itaque vt

parum ſolubilis, praecipitatur, ſi ſolutio aqua dilui
Solutio concentrata in frigore cryſtallos exiguas ſple
didas gignit, quae, vt oculis armatis apparet, ſpec
ſos aceruos cryſtallorum octoedricarum efformant.
nonnullis cryſtallis vel oculi nudi hanc figuram de
gunt. Quamdiu cryſtalli in acido ſunt muriat
album colorem habent; ſed illo decantato, dum
cantur, colorem contrahunt perlarum, qui tum
violaceum tranſit, tandemque in griſeum vergit.
terim ſplendorem ſuum conſeruant, non fatiſcu
neque aëris humiditatem attrahunt. Si laminam
pri in hanc ſolutionem immergas, licet acidum
topere abundet, tamen protinus argento obducit
Quantitatem argenti, quae in data portione acidi m
riatici ſoluta teneri poteſt, nondum potuit noſter
finire: hoc tantummodo reperit, acidum muria
cum longe minorem argenti copiam nitroſo ſuſcipe
re. — Diu crediderunt chemici, aquam regiam ſo
lum eſſe inter acida auri menſtruum. BRANDT
pximus vidit, etiam acidum nitroſum ſub certis leg
bus in hoc metallum agere poſſe. Poſt SCHEELE
docuit, acido muriatico dephlogiſticato aurum ſolu
poſſe, creditque adeo, auri in aqua regia ſolutionem
ab hoc acido dependere. Quod acidum attinet mu
riaticum, hucusque creditum eſt, nihil in aurum vi
rium habere, quamdiu purum nec dephlogiſticatum
ſit. Idem de acido vitriolico docetur. Sed haec cum
noſtri tentaminibus non penitus congruunt. Pri
mum acidum nitroſum videamus. Acidum nitroſum
a ſolutione argenti deſtillando abſtractum noſter la
mina

vt in auri per aquam regiam ſeparatione aurum pe
rum adipiſcare, ſolutio multa aqua diluenda eſt
alioqui portio argenti aurum inquinans in ſolutione
remanet.

minae auri infudit, inque frigore per octo dies asseruavit. Auri nec color nec splendor mutatus est, deque liquore acido solutio stanni nihil praecipitauit, adeoque ne color quidem eius tantillum immutatus est. In eodem acido noster puluerem aureum e solutione regulina per cuprum praecipitatum per plures dies in frigore digessit. Auri quantitas nihil decreuit, stannique solutio liquorem limpidum non immutauit. Tum eundem puluerem aureum cum acido nitroso coxit, donec hoc acidum admodum concentratum esset: nihilosecius stanni solutio nullam mutationem produxit. Postremo solutionem coquendo exsiccauit, residuum siccum aqua destillata perfudit, stannique solutione tentauit. Color liquoris initio subfusce flauidus, die vero insequente subruber factus est. Nihil decidit; vnde apparet, perpaucillum auri solutum fuisse. Cum noster aurum vna cum nitro sub fornice docimastica calcinasset, ne tum quidem aurum acido nitroso solutum vidit. Ex his tentaminibus consequi videtur, acido nitroso nihil aut perparum virium in aurum soluendum suppetere. De acido vitriolico idem valere videtur, quamcunque viam insistas. Varia noster hoc consilio experimenta cepit, sed nunquam vidit auri tantillum solutum esse. Longe aliter sese habet acidum muriaticum. Aurum eo aperte perfecteque soluitur. Primum noster aurum in puluerem tenuissimum laminas aureas cum quarzo terendo redegit. Pulueri salem addidit culinarem misturamque calcinauit sub fornice docimastica. Calcinatam coxit cum acido muriatico diluto. Cum solutioni decantatae aliquot guttas solutionis stanni adfudisset, protinus praecipitatum apparuit coloris purpurei. Acidum muriaticum laminis aureis cum quarzo tritis superfusum ebullire fecit. Liquor refrigeratus, solutione stanni admista, purpuram mineralem exhibuit. Laminam auream

acido

acido muriatico perfudit, vasque in frigore adfer-
vit. Biduo poſt lamina tota acidum ſubierat, liquo-
que, adiuncta ſtanni ſolutione, purpuram dedit. De-
nique auctor in eodem acido ac frigore puluerem au-
ri digeſſit e ſolutione auri regalina per lamin
cupream praecipitatum ac diligentiſſime edulcor-
tum. Poſt aliquot horas ſtanni ſolutio e liquore pu-
puram excuſſit. Intelligitur hinc, acidum muria-
cum tam in aurum quam in argentum agere. Re-
quiruntur ad hanc ſolutionem magna auri diuiſio ro
ſtaque acidi concentratio. Demonſtrat noſter, hae
acidi muriatici virtutem nec alii cuidam acido admi-
to, nec alicui ipſius dephlogiſticationi tribui poſſe.

*Diſſertatio III. Obſeruationes ſuper combina-
tione ſulphuris cum metallis.* Primus BERGMANNI
docuit, metalla non poſſe cum ſulphure copulari,
niſi plus minusve phlogiſti ſui amittant. Argu-
menta huius dogmatis in ſcriptis Bergmannianis ſpar-
ſa noſter in vnum collegit nouisque obſeruationibus
auxit, ſic vt de dogmatis veritate non amplius licea
dubitare. Si ſulphur ramentaque ferrea igne tra-
ctantur, aër elicitur hepaticus. Si ſolum ſulphur
adhibeas, res aliter habet: quod argumento eſt, fer-
rum, dum ſulphuri nubat, dephlogiſticari. Idem
accidit, ſi iſtam miſturam, non igni exponas, ſed
aqua humectes. Hydrargyrum in praeparatione ae-
thiopis mineralis idem ſiſtit phaenomenon, ac noſter
idem etiam tum obſeruauit, cum plumbum granula-
tum ſulphuri iunctum igne tractaret. Variae huius-
modi miſturae, dum connubium ineunt, ignem con-
cipiunt, vnde certo ſequitur, dephlogiſticationem
tunc fieri. Magneſium regulinum ſulphuris connu-
bium prorſus reſpuit, calcinatum non item. Idem
de zinco valet. Tentare noſter inſtituit, num pſeu-
dogalenam via humida (nam via ſicca DE MORVEAV
parauit) parare poſſet. Hoc conſilio ſolutioni zinci
vitrio-

vitriolicae hepar ſulphuris ſolutum adfudit: protinus praecipitatum decidit copioſiſſimum e griſeo viridescens. Liquore limpido decantato, praecipitatum aqua deſtillata ſaepius edulcorauit, ſic vt aqua ebullire cogeretur. Portionem huius praecipitati edulcorati acido muriatico perfudit. Protinus efferueſcentia leuis exorta eſt, inter quam odor exſtitit fortiſſimus aëris hepatici tamdiu durans, donec nihil non zinci ſolutum eſſet. Reſiduum ſubuiride e ſulphure puro conſtitit. Haec ſatis demonſtrabant, zincum cum ſulphure connubium contraxiſſe. Reliqua portio praecipitati ſiccata, inque crucibulo igni ſat forti expoſita fuit. Sic maſſa prodiit bene liquata, ſubnigra, fragilis, fracturae foliatae, tenuiter granuloſae, quae cadmiam fornacum penitus aequaret. Cum noſter eius aliquantulum in acidum muriaticum ingeſſiſſet, odor hepaticus explicatus eſt. Etiam in Dehniano tentamine zinci veram contigiſſe dephlogiſticationem, adeoque non zincum regulinum, ſed calcinatum, cum ſulphure coüiſſe, noſter contendit. Quod aurum ac platina ſulphuris connubium prorſus reſpuunt, noſtro videtur inde repetendum eſſe, quod haec metalla difficilliime ſe calcinari patiuntur, earumque calces materia phlogiſtica quauis accedente formam regulinam protinus recuperant. — Quo certius demonſtraret, metalla cum ſulphure connubium ineuntia vere dephlogiſticari, alia adhuc experimenta inſtituit. Sex vncias cinnabaris cum vna ferri vncia in retorta vitrea loricata, cuius collo apparatum pneumaticum adaptauerat, igni ſatis vehementi expoſuit, vt intelligeret, num inter cinnabaris decompoſitionem aër inflammabilis aut hepaticus extricaretur. Ferrum enim ſi cum ſulphure copulatur, alterutrum aërem inflammabilem gignit. Iam ſi hydrargyrum cum ſulphure connubium contrahens dephlogiſticatur, hoc in tentamine nec aër inflammabilis neque

hepaticus naſci debuit. Id quod etiam accidit: etenim nihil nec aëris inflammabilis nec hepatici extricatum eſt. — Argenti per ſulphuris connubium dephlogiſticationem noſter praeter alia argumenta (obiter hic de argenti cornei natiui geneſi) hoc tentamine euincit. Argentum vitreum puriſſimum in ſtula redactum cucurbitae indidit. Cum acidum muriaticum vulgare ſuperfunderet, protinus vehemens efferueſcentia contigit, coniuncta cum odore hepatico fortiſſimo. Acidum turbidum redditum eſt, innataruntque ei flocci albidi, qui huc illuc agitarentur, donec in fundum vaſis deciderent. Aliquot guttae liquoris in vitreum transfuſae et aqua deſtillata dilutae ſunt. Illico liquor turbidus factus, argentumque corneum praecipitatum eſt. Facile intelligitur, hoc in tentamine promtam argenti in acido muriatico ſolutionem non poſſe aliunde niſi ex eo repeti, quod ſulphur phlogiſti portionem, qua argenti regulini ſolutio haud parum difficilis redditur, iam antea amouit. Conſequitur inde, argentum ſulphuri iunctum non perfecte metallicum eſſe. Praeterea clar. BEAVME monet, miſturam e ſulphure argentoque compoſitam eo momento, quo copulatio contingat, ignem concipere; vt argentum perinde, ac reliqua metalla, in hoc proceſſu dephlogiſticetur. Ex argento rubro ſimili proceſſu (acidum tum ebullitione iuuandum eſt) noſter argentum corneum obtinuit. In argento rubro argentum non regulinum contineri, vel hinc apparet, quod arſenicum in eo calcinatum ineſt, nullumque metallum, ſi perfectum eſt, nec calciforme, cum calce metallica vniri ſe ſinit. — De auro vix poteſt quicquam certo definiri, quandoquidem adhuc dubitare licet, an omnino aurum cum ſulphure vlla ratione coniungi queat. Tentamina auctoris auri per ſulphuris dephlogiſticationem non magis demonſtrant.

Proba-

Probabile tamen noſtro eſt, naturam artificio nobis incognito aurum cum ſulphure copulare. In pyritis quidem auriferis credit aurum regulinum adeoque ſulphuri non chemice iunctum ineſſe; ſed de minera auri Nagyagenſi aliter iudicat. Haec minera ipſi videtur aurum cum ſulphure multisque aliis ſubſtantiis intime vnitum. Nonnulla cum ea inſtituit tentamina: ſed haec non ita ſunt comparata, vt certi quid inde deducere liceat. Aurum, ſaltem vna cum aliis metallis, connubium cum ſulphure inire, demonſtrat etiam lapis ſulphureo-metallicus (*Rohſtein*), qui fuſione minerarum auriferarum paratur. — Poſtremo nonnullae confutantur obiectiones, quae quis contra dogma, metalla vt cum ſulphure coëant, plus minusue phlogiſti iis auferendum eſſe, proferre poſſit.

Diſſertatio IV. Obſeruationes ſuper amalgamatione minerarum auri et argenti, lapidis, fuſione earum parati aliorumque fuſionis productorum. Amalgamatio vulgo ſignificat operationem, qua hydrargyrum cum alio quouis metallo coniungitur. Hic ſenſu ſumitur latiore: etenim non modo hanc coniunctionem per ſe ſpectatam, ſed etiam omnes operationes praeuias, quibus ſubſtantiae, vnde aurum argentumque elicienda ſunt, ad commodiorem cum hydrargyro tractationem praeparantur, tum illas, quibus poſtmodo haec metalla ab hydrargyro ſeiunguntur, indicat. Harum operationum nonnullae ſunt mere mechanicae, v. g. ſubſtantiarum iſtarum comminutio in partes admodum ſubtiles tundendo, molendo, cribrando, lotio miſturae adtritae, et amalgamatis concentratio. Aliae mere ſunt chemicae, vti vſtulatio, adtritus, digeſtionesque ſ. fermentationes. Nunc auctor tantum theoriam horum

laborum chemicam ſpectat, adeoque ſilentio tran-
tum illas mechanicas operationes, tum artifi-
chemicis adhibita, lectores harum rerum notitiam
ſibi parare cupientes ad opus Bornianum praeſtanti-
ſimum ablegans. Differentia praeparationis chemi-
cae minerarum, priusquam hydrargyro admiſcentur,
occaſionem praebuit duarum methodorum diuer-
rum, quarum vna *amalgamatio cruda*, altera *amalga-
matio cum toſtione* dici poteſt, inuentioni. Ambas noſter
ſigillatim pertractat, et primum quidem amalgama-
tionem cum toſtione. In hac amalgamatione mine-
rae auriferae et argentiferae in farinam ſubtilem redi-
guntur; cum ſufficiente quantitate ſalis culinaris, in-
terdum etiam cum calce viua aut quarzo commiſtae
in furno reuerberii vſtulantur; poſt per maius mi-
nusue temporis ſpatium cum hydrargyro conteruntur;
quo facto, particulae terreae, ſalinae et metallicae
copioſa aqua eluuntur, quod dum fit, hydrargyrum
in fundum delabitur, ibique in vnum coit. Tum
hydrargyrum auro et argento minerarum onuſtum
per linteum aut pellem premitur, vt amalgama con-
centretur. Denique amalgamatis concentrati deſtil-
latione aurum et argentum in eo contentum ab hy-
drargyro reſiduo ſeparantur. Haec operatio tam eſt
ſimplex, vt accuratiſſime poſſit abſolui. Igitur no-
ſter tantummodo de toſtione et adtritu verba facit.
Toſtionis ſiue calcinationis finis eſt, vt aurum argen-
tumque a ſubſtantiis admiſtis ſeparentur, illisque
exuantur, in quibus tantummodo laruata aut inclusa
inſunt, quo contactus hydrargyri immediatus in amal-
gamando facilior fiat. Haec operatio per ignem re-
verberii aditumque aëris liberum abſoluitur. Ho-
rum mediorum vnitis viribus primum ſulphur, ſi
quid eius in ſubſtantiis vſtulandis ineſt, expellitur,
tum partes metallicae calcinantur ac diuiduntur, il-

laque

laque metalla quae talem ignem ferre nequeunt, volatiliſantur; praeterea partes terreae franguntur, inque particulas ſubtiliores comminuuntur, quo ipſo fit, vt aurum argentumque illis inuoluta denudentur. Cum aurum argentumque ſola ſint metalla: quae talis operatio nec calcinet, neque volatiliſet, conſequitur, poſt toſtionem aurum argentumque ſola eſſe metalla, quibus hydrargyrum nubere queat, adeoque amalgama ſic paratum aliorum metallorum parum aut nihil continere. Hi ſunt effectus ſolius aëris ignisque, ſi minerae, lapis ſulphureo-metallicus ceteraque producta, quae huic operationi ſubmittere placet, ſola nec aliis ſubſtantiis additis tractantur. Nec tamen ſufficiunt, aliisque ſubſtantiis efficacibus opus eſt, quae in ſtructuram internam illorum corporum magis penetrent atque adgregata perfectius ſegungant. Hae vero ipſae ſubſtantiae etiam aurum et argentum adoriuntur, horumque metallorum naturam pariter immutant, vt de ea aliter ſit iudicandum, quam ſi mutationes inductae vni aëri ignique deberentur. Non omne ſulphur, quod inter toſtionem corporum ſulphuratorum liberatur, ſed modo partio eius perexigua ſub forma perfecta auolat. Cum calor, inprimis initio operationis, ad id non ſufficiat, maxima eius pars, vt liberatur, ignem comcipit, inque acidum ſulphureum tranſit. Hoc acidum iam particulas miſturae terreas metallicasque adoritur, penetrat, multoque magis, quam ſolus ignis, diuidit, qua re fit, vt illae in ſtatum ſalinum aut magis dephlogiſticatum tranſeant. Tamen hoc acidum magnam vim phlogiſti continet, vt in alias ſubſtantias minus potenter agere poſſit. Sunt etiam miſturae, quae ſulphuris parum aut nihil teneant, in quibus adeo huius acidi nulla poteſt ratio haberi. Iam vt ſubſtantiae terreae et metallicae perfectius diuidantur ac diſſoluantur, acidum vſurpatur muriaticum; quo

conſilio productis vſtulandis plus minusue ſalis culinaris admiſcetur. Acidum muriaticum ideo vſurpatur, quod non modo e ſubſtantiis, in quibus continetur, copioſe exiguisque impenſis poteſt parari, ſed etiam in corpora metallica potentiſſime agit. Salis culinaris decompoſitionem quod ſpectat, acidum muriaticum extricari mirum non eſt, ſi minerae productaque fuſoria ſulphur continent. Sed etiam producto ſulphure aliisque acidis ſalem culinarem decomponentibus carentia acidum muriaticum inde elicere, repertum fuit. Quae eſt huius phaenomeni ratio? Chemici quidem contendunt, ſalem culinarem per ignem ſolum non poſſe in principia ſua reſolui. Noſter vt, quid hac de re ſentiendum eſſet, intelligeret, varia inſtituit tentamina. E. g. ſalem culinarem depuratum commiſcuit cum quarzo puluerato, quod antea in acido muriatico digeſſerat, tum ſaepius aqua deſtillata edulcorarat, tandemque igne forti exſiccauerat. Hanc miſturam ſub fornice docimaſtica igne vehementi exuſſit. Breui vapores acidi muriatici viſum odoratumque notabiliter ferierunt. Idem fuit tentaminis euentus, cum loco quarzi marmor Carraricum et argilla porcellanea ſumta fuiſſent. Quarzum minorem caloris gradum, marmor maiorem, argilla maximum flagitauit. Igitur ſalis culinaris decompoſitio a ſubſtantiis adiunctis, non a ſolo igne, repetenda eſt. Credit adeo noſter, hanc ſalis culinaris decompoſitionem perinde, ac ſimilem decompoſitionem nitri, ſeſe habere, h. e. terras memoratas baſin alcalinam ſalis culinaris adoriri, vinculaque, quibus illa cum acido muriatico copulatur, adeo laxare, vt acidum igne extricari ac volatiliſari facile poſſit. Apparet hinc, praeter acidum vitriolicum ſulphuris inter vſtulationem inflammatione generatum etiam partes terreas ſali culinari decomponendo acidoque ipſius liberando inſeruire. In illis

fuſionis

fusionis productis, quae nec sulphur nec partes terreas tenent, metalla aut eorum calces in salem culinarem agant necesse est; nam etiam hic decompositio huius salis contingit. Vt, quae rei esset ratio, noster disceret, cum variis metallis tam calcinatis quam regulinis tentamina instituit, sicque intellexit, salem culinarem etiam sic posse decomponi, sed facilius per regulos *), quam per metalla calcinata terrasque, quod discrimen phlogisto metallorum regulinorum acidum muriaticum magis volatilisanti deberi nostro videtur. Acidum muriaticum per acidum vitriolicum, aut terras, aut calces metallicas, aut metalla regulina elicitum calore iuuante perinde, vt acidum vitriolicum, partes terreas metallicasque in mistura contentas adoritur, diuidit, dissoluit, inque corpora calciformia aut salina transmutat. Hac diuisione, quam diuisionem radicalem omnium principiorum misturae, saltem eorum, quae acidis patent, dixeris, euolutio particularum aurearum et argentearum ex inuolucris absoluitur, e quibus per solum ignem elicitae non fuissent, vt iam cum hydrargyro facile possint copulari. Acidum muriaticum ad tostionis finem promouendum efficacius est vitriolico. Primum in partes metallicas potentius agit, adeoque eas melius dissoluit aurumque et argentum in iis latens melius enudat. Tum sales metallici terrestresque muriatici vitriolicis solubiliores sunt. Deinde nonnulla metalla per acidum muriaticum magis volatilia redduntur, adeoque inter vstulandum auolant. Denique sales isti muriatici minus, quam vitriolici, adtritum impediunt. Iam inquirendum est, num

*) Salis culinaris per scobem martialem decompositio videtur auctori ad alcali minerale magna copia parandum commodissime sumtibusque exiguis posse adhiberi.

hac in operatione acida vitriolicum et muriaticum in aurum argentumque pariter, ac in omnes reliquas ſubſtantias in miſtura contentas agant, horum metallorum naturam perinde immutent, eaque in calces aut ſales conuertant. Quod aurum attinet, notare conuenit, hoc metallum, niſi ſemper, certe plerumque, in mineris variisque fuſionis productis regulinum ineſſe. Iam ſuperius noſter docuit, in hoc ſtatu ſaltem aurum acidi vitriolici connubium auersari, quacunque tandem ratione cum eo tractetur. Apparet igitur, aurum in toſtione ab acido vitriolico nihil perpeti immutationis. Cumque praeterea aëris ignisque vnitae vires in hoc caloris gradu, qui ad toſtionem requiritur, aurum calcinare nequeant, ſed potius aurum, ſi eſſet calciforme, reduceretur, intelligitur, poſt toſtionem aurum perfecte regulinum reperiri debere, niſi prius aliquid additum fuerit, quod auri naturam immutare valeat. Hoc additamentum eſt ſal culinaris, cuius principium acidum auro etiam regulino ſoluendo par eſſe, ſupra vidimus. Quod metallum argentum ſpectat, dubitari nequit, quin hoc acido vitriolico ſoluatur. Haec tamen coniunctio in toſtione cum ſale culinari non diu durat; etenim acidum muriaticum argenti, quam vitriolicum, cupidius eſt. Sic argentum corneum naſcitur, quod etiam immediate poteſt generari, ſi acidum muriaticum in calcem argenti (qualis, vt ſupra vidimus, in argento ſulphurato ineſt) incidat: adde quod acidum muriaticum etiam vulgare argentum regulinum ſuſcipit. Iam cum ex iis, quae dicta ſunt, clariſſime appareat, inprimis acidum muriaticum aurum argentumque in toſtione minerarum et productorum fuſoriorum ſoluere, recte quaeſiueris, num horum metallorum nihil nou ſoluatur, num ad finem vsque operationis ſoluta maneant, denique num omnino proficuum ſit, haec metalla cum acidis coniungi.

iungi. Primum quod ſpectat, non videtur vulgo in addendo ſale culinari reſpectu proportionis ea diligentia adhiberi, vt nunquam non omnes particulae metallicae ſoluantur. Quod attinet alterum, conſtat, argentum corneum igne decomponi, acidum ſuum amittere, regulinumque relinqui. Nec dubitare licet, quin argentum vitriolatum ſalesque auri pariter ſeſe habeant. Nihiloſecius noſtro probabile ſit, argentum corneum inter toſtionem proceſſus amalgamatorii natum aut prorſus non, aut tantummodo ex parte in hac operatione decomponi. Si quid argenti vitriolati acido muriatico intactum remanſit, etiam hoc integrum manere nec toſtione decomponi noſtro videtur. Aurum ſalitum per ignem vſtulatorium non magis poteſt decomponi, ſaltem, operatione hac finita, ex parte integrum reperitur. Denique quod vtilitatem coniunctionis auri argentique cum acidis ſpectat, nemo negabit, eam vtilem eſſe, ſi copulatio cum hydrargyro per eam facilitetur. Sed contrarium apparet: etenim longe plus temporis laborisque ad hydrargyrum cum ſalibus iſtis argenti quam cum aequali quantitate argenti regulini copulandum requiritur, pariterque ſales auri ſeſe videntur habere. Coniunctio auri et argenti cum acidis amalgamationem modo tum iuuaret, ſi haec metalla ad finem toſtionis calciformia eſſent, adeoque hydrargyro non poſſent nubere, ſed in reſiduis perirent. Tunc acida cum hisce metallis ſales generarent, ſic vt metalla ipſa cum hydrargyro per affinitatem duplicem connubium contrahere poſſent. Tamen hic caſus vix poteſt locum habere, nec quisquam facile intelliget, qui fieri poſſit vt haec metalla ad toſtionis finem calciformia ſint, quandoquidem tum phlogiſton e ſulphure elicitum tum phlogiſton fumi calorque ipſe ad ipſa reducenda ſufficerent. Itaque acidorum cum auro argentoque coniunctio amalgamationem non modo non promouet,

ſed adeo retardat difficilemque reddit. Igitur hactenus acida magis nocent, quam proſunt, cum eorum effectus fini toſtionis contrarius ſit. At eorum vero aurum et argentum e ſubſtantiis, quibus continentur, longe melius eliciunt, quam ſolus ignis, qua re contactus metalli hydrargyrique adeo augetur, vt longe minor metalli copia in reſiduis relinquatur. Hoc commodo retardatio amalgamationis ſatis ſuperque compenſatur. Adde quod illa incommoda minora ſunt, quam primo adſpectu aliquis cenſeat. etenim cum ſales illi metallici ſubtiliſſime diuiſi ſint, maximam exhibent hydrargyro ſuperficiem, vt amalgamatio non nimis retardetur. — Reſtat, vt de vſu calcis viuae ac quarzi, quae interdum praeter ſalem culinarem ſubſtantiis vſtulandis adiunguntur, nonnulla moneantur. Raro haec additamenta adhibentur, deeſtque adhuc is tentaminum numerus, vt liceat tum caſus definire, in quibus adhibenda ſint, tum de vtilitate, quam praeſtant, certo iudicare. Examinat auctor, quae de horum additamentorum vtilitate ac fine, quo vſurpantur, vulgo perhibent. — Iam *adtritum* (*das Anreiben*) videamus. Minerae auri et argenti productaque fuſoria amalgamanda poſt vſtulationem alius ſunt naturae, quam ante eam fuerant, ſicque comparata, vt amalgamatio mirum quantum adiuuetur. Nam primum ipſa iam comminutio ſubtilis illarum ſubſtantiarum hydrargyro aditum liberum pandit, concurſumque huius metalli cum particulis aureis et argenteis promouet, ſic vt perparum earum in reſiduis relinquatur. Deinde ignis vis principia miſturarum dirimit, aurumque et argentum denudat, qua re fit, vt hydrargyrum cum hisce metallis, vel regulinis vel ſalinis, facile poſſit copulari. Vtroque in caſu hydrargyrum illa longe promtius arripit, quam ſi minerae productaque fuſoria cruda hydrargyro obiicerentur. Denique prae-

ter

aurum atque argentum nullum aliud metallum ſolutione peracta regulinum eſſe poteſt; igitur cum ſolis illis metallis hydrargyrum coit, vnde ſequitur, aurum argentumque ab hydrargyro ſeparata puriſſima eſſe debere. Etſi vero, vt ſupra vidimus, certe magna pars auri et argenti inter vſtulandum per acida in ſtatum ſalinum reducitur, tamen hac re amalgamatio non impeditur. Conſtat enim, hydrargyrum e menſtruis acidis tantummodo aurum, argentum et platinam praecipitare. Iam non amplius dubitare licet, quin argentum corneum ac vitriolatum per hydrargyrum decomponi poſſint. Dudum MARGRAFIVS docuit, argentum ex argento corneo, modo cum hydrargyro teratur, poſſe reduci: idemque valet de argento vitriolato. Cum argentum corneum minimas in particulas diuiſum maſſae amalgamandae inhaereat, per hydrargyrum in ampliſſimam ipſius ſuperficiem incidens ſat cito decomponitur. His praemiſſis noſter ad ipſam adtritus operationem phaenomenaque in ea conſpicua explicanda accedit —— In proximo volumine finem huius operis chemiam admodum illuſtrantis proditurum eſſe, ſperamus.

Epitomae hoc volumine continentur ſequentes:

I. LEIBNITII *tentamina ſucceſſu deſtituta cum machinis montaniſticis ſyluae Hercyniae. E ſcriptis archivalibus communicata a* F. G. H. DE TREBRA. *Finis.* p. 299–315.

II. *Hiſtoria arcani hydraulici annorum* 1565 *ſq. e ſcriptis archiualibus deſumta a* CHRISTIANO GOTTLOB VOIGT, *a conſiliis regiminis ſecretis etc. Vinariae.* p. 316–333.

III. *De ſtrato laterum coctorum, quod in Lotharingiae oppido Marſal reperitur. E libro: Inquiſitiones in naturam et circuitum operis antiqui Romanorum dicti Briquetage de Marſal, auctore* D'ARTEZE' DE LA SAUVAGERE, *impenſis Caroli Antonii Iombert,* 1740. 8. p. 334–338.

Hoc

Hoc extractum debetur clariſſimo DE LAVMONT, ſpectori generali fodinarum Galliae. Exemplum ſtit eleuationis fundi fluuialis ſucceſſu temporis fac Simile exemplum e ſylua Hercynia repetitum A TREBRA adiungit (p. 338).

Adnotationes huius voluminis ſunt:

p. 341–352. I. *De monticultura hodierna relationes.* Agi hoc loco de Pedemontio et Sabaudia (auctore E NAPION DE COCCIONAS), de ducatu Weſtphali Colonienſi (auctore KLIPSTEIN), de terris Haſſia (auctore RIES).

p. 353–382. II. *Extractum e diario ſuper itinere Hannoverra ad regiones Rheni ſuperioris fodinarumque hydrargyri Palatinatus anno* 1787 *inſtituto. Auctore* D. P. LASIO. *Finis.* Amalgama cryſtalliſatum dictum, quod in Landsbergio effoditur, noſter non pro vere cryſtalliſato habet. Credit, eſſe hydrargyrum, quod cellulas exiguas matricis repleuit, cumque argentum minerarum griſearum ipſi iungeretur, in cellularum formam induruit: hinc facies ipſius formam cryſtallinam mentiens. Obiter de geneſi globorum baſaltaticorum, omninoque de rebus ad vulcanos pertinentibus. Hypotheſis a BEROLDINGENIO propoſita, hydrargyrum cinnabarinque in fodinis obuia igni vulcanico has ſubſtantias ſublimanti ortum debere ſuum *), etiam a noſtro proponitur. Arbitratur tamen, non ſemper vulcani ignem ad id requiri,

*) Vid. *Bemerkungen auf einer Reiſe durch die Pfälziſchen und Zweybrückiſchen Queckſilber-Bergwerke, von* FRANZ *Freyherrn* VON BEROLDINGEN, *Dohmkapitularherrn zu Hildesheim, herausgegeben und mit einer Vorrede begleitet von* I. D. BRANDIS, *d. A. D. etc. Berlin*, 1788. 8. *S.* 240.

quiri, ſed etiam minorem ignis gradum ad iſtam ſub-
limationem ſufficere poſſe. — Sub finem nonnulla
priorís partis huius extracti, quae in primo volumi-
ne legitur, ſupplentur, corriguntur, auctoribus KLIPP-
STEINIO, LASIO, KLEINSCHMIDTIO.

III. *Relatio de pyromachorum fodinis prope Auio in Tyrolia Italica.* Pyromachi illis in montibus ſtra- p. 383–389.
ta efficiunt, quibus ſtrata cretacea ſunt intermixta. Pyromachorum ſtrata conſtant e ſilicibus rotundatis iuxta ſe poſitis eruſtaque cretacea plus minusue craſſa obductis. Color horum ſilicum, pelluciditas du-ritiesque admodum variant.

IV. *De ſale e lateribus efflorescente. Auctore* I. P. GMELINO, *profeſſore Gottingenſi* Hamburgo ad GMELINVM miſſus eſt. Fuit ſal Glauberianus. Vt p. 390–393.
eum. ortum huius ſalis intelligeret, argillam, e qua Hamburgi lateres conficiuntur, tentamini ſubiecit chemico. Reperit in ea ſeleniten: ſed quomodo hic ſal terreſtris decomponatur, ſalemque gignat Glauberianum, non audet certo definire.

V. *De praecipitatione plumbi per ſcorias martiales, harumque vſu in fuſione minerarum plumbi ſulphuratarum. Auctore* IOANNE CHRISTOPHORO ILSEMANN. p. 394–397.

VI. *De nonnullis lapidibus, qui de coelo cecidiſſe dicebantur. Auctore* STÜTZ. Vnus eſt lapis arenaceus coloris cinerei, granulis ſubtiliſſimis partim ferri regulini partim ochrae martialis interſperſus. Cum acidis non efferueſcit, conſtatque e particulis ſiliceis ferreisque: centenarius docimaſticus STÜTZIO dedit libras ferri vndeuiginti cum dimidia. Superficies eius obducitur cruſta circiter duas lineas craſſa ferri regulini, ſolidi, ductilis, omni carentis ſulphure. Nihil adeſt magneſiae nigrae. Tota maſſa ignem perpeſſa videtur. Dicebatur in regione Eichſtadienſi de coelo cecidiſſe hieme, cum tonitru vehementiſſimum audi- p. 398–409.

auditum fuiſſet. De ſimili foſſili BORNIVS in ind... ce foſſilium T. I. p. 125. agit. — Alius lapis in Sl... vonia de coelo, vt fertur, delapſus conſtat e ma... ferri regulini librarum 71: in muſeum Caeſareu... Viennenſe illatus eſt. Veſtigia ignis hic apertiſſim... ſunt. Etenim eius ſuperficies obſita eſt foueis ro... tundis, fere vti ferrum regulinum, quod clariſſ. PA... LAS ad fluuium Ieniſei reperit: tamen foueae hu... ampliores minusque profundae, deeſtque tum vitru... flauum cauernulas ferri Sibirici replens, tum lap... arenaceus foſſilis Eichſtadienſis; tota enim maſſa ſo... lida nigraque eſt, vti ferrum malleo ductum. — Ar... bitratur ST., haec foſſilia ab igne electrico de atm... ſphaera delapſo calcemque martialem reducente re... petenda eſſe. Similis ipſi origo videtur ferri a PALLA... SIO reperti, ſcoriarum metallicarum a NAVWERK... inuentarum *), variorum item locorum, quorum hodierna facies ab igne ſubterraneo vulgo repetitur. Fontes quidem naphthae in Perſia ſtrataque lithan... thracum quin ſaepe hoc modo inflammata fuerint, dubitare non poteſt.

VII. *Extracta ex epiſtolis:*

p. 410–429. 1) FAVSTI D'ELHVYAR. Agitur de moni... cultura et tractatione minerarum Guanaxuati in No... va Hiſpania.

p. 430–434. 2) *Eiusdem.* Continuatur idem argumentum.

p. 434–441. 3) *Anonymi.* De eodem argumento.

p. 441–444. 4) *Eiusdem.* De excoctione minerarum cupri... admodum rudi prope Valliſoletum in Noua Hiſpa... ni...

*) *Beyträge zur Erweiterung der Chemie durch L...* CRELL, I. *B. II. St. VII.*

— Circiter triginta milliaria a Valliſoleto auſtrum verſus diſtat vulcanus, ante triginta annos in planitie natus, vbi ſaccharum colebatur. Primo ingens terrae motus contigit, qui incolas huius regionis ferocissimae in fugam ſe dare cogeret: tum terra rupta eſt tantamque vim eructauit lapidum cinerumque, vt locus ad ſpatium multorum milliarium inacceſſus redderetur. Maxima deſolatio accidit in loco, cuius circuitus circiter vnum milliare efficit, quem non ſine trepidatione adeas. Per primos quatuor annos exploſiones vulcani vehementiſſimae durarunt. Poſtmodo vndecim annos maiori minoriue vehementia continuatae ſunt. Nunc vulcanus modo fumum emittit, ac tempeſtate pluuioſa terrae motus atque hic illic exploſiones, ſed exiguae, obſeruantur. Vulcanus eſt figura coni truncati. Altitudo eius verſus orientem efficit pedes 500 ad 600, ibique cum horizonte angulum 45° efficit. Verſus auſtrum et occidentem nonnihil altior eſt. Vulcanum conſcendens transeas planitiem fiſſuris plenam, quae pedem vltraque latae ſunt, continenterque fumum eructant. Hac planitie tanquam corona crater circumdatus eſt, cuius orificium praerupta ſaxa efflorescentias flauas alasque habentia perpetuoque fumantia cingunt. Crater ab auſtro verſus boream 800, ab oriente verſus occidentem 400 pedes latus eſt. Non lauae proprie dictae, ſed lapides ſemifuſi, variis ſalibus conglutinati hic occurrunt. Verſus occidentem varia loca ſunt adhuc ardentia, inque fine huius regionis vulcanicae (*terra mala* audit) multi fontes aquae ebullientis.

5) IO. HAWKINS. De fodina cupri in inſula Mona (*Angleſea*), et ſtanni cultura in Cornubia. Reperit H. bitumen elaſticum in plumbi fodina comitatus Derbyenſis hydrargyrum natiuum ad Apſeleby in Weſtmorelandia, ſpatum plumbi citrinum in Leadhills p. 444-445.

adhills Scotiae, malachitam ſolidum in comitatu Flintenſi, fluorem mineralem octaëdricum in comitatu Devonenſi, argentum natiuum capilliforme in eodem comitatu, cupri florem in Cornubia. — De nauicula cuprea a WILLIAMS confecta.

p. 445–447. 6) DE CHARPENTIER. De apparatu amalgamatorio Fribergenſi. Item de aquaeductibus Fribergenſibus nuper exſtructis mineris vehendis.

p. 447–448. 7) GROSCHKE. De muris vitrificatis in montibus Scotiae. Sunt lapides refractarii per ſcorias ſolidas copulati. Quomodo haec vnio fieri potuerit ignoratur.

p. 448–454. 8) L. CRELLII. De rebus chemicis nouis: de methodo a BERISCHIO detecta atque ab ACHARD et KLAPROTHO probata, ligna ſic muniendi, vt a vermibus non corrodantur, neque putreſcant; de columnis baſalticis Vnkelenſibus, de analyſi chemica Weſtrumbiana adulariae (centum grana ſpeciei albae et pellucidae tenent ſpati ponderoſi 2,000, calcis martialis 1,400, terrae ſiliceae 62,500, terrae aluminaris 17,500, terrae calcareae purae 6,500, magneſiae purae 6,000, aquae 0,250; ſpecies opaca ſubflauida continet ſpati ponderoſi 1,500, calcis martialis 4,000, terrae ſiliceae 63,000, terrae aluminaris 19,250, terrae calcareae 6,000, magneſiae 3,250, aquae 0,500); de examine Bindheimiani aquamarini Sibirici (contenarius eius tenet nihil nec terrae ponderoſae nec magneſiae, ſed terrae aluminaris 24, terrae calcareae 8, terrae ſiliceae 64, ferri $1\frac{2}{3}$); de analyſi ab HEYERO inſtituta amalgamatis argentei natiui a principatu Bipontino, vti ſimul de characteribus eius externis (60 grana dederunt vnam partem argenti, tres partes hydrargyri; alius ſpeciei 43 grana dederunt 27 grana hydrargyri et $1\frac{1}{3}$ argenti); de inflammatione ſpontanea in Gallicia, ab HACQVETO narrata (accidit in camera, vbi mel ſpiri-

piritus vini et goſſypium aſſeruabantur); de exami- Wiglebiano foſſilis Liebſchowizenſis lithanthra- em aemulantis (non verus eſt lithanthrax, nam flam- am non alit; ſemiuncia eius dimidiam drachmam itri detonando decompoſuit; cum ſale Glauberiano pulucrem delapſo hepar ſulphuris generauit; cum r decem horas continenter canduiſſet, de quatuor thonibus tredecim drachmae et viginti grana ma- riae carbonaceae perierant; reſiduum pondere dua- um drachmarum et quadraginta granorum dedit ter- e ſiliceae duas drachmas et decem grana, terrae luminaris duodecim grana, terrae calcareae decem rana, ferri quinque grana); de analyſi WIEGLEBII rrae albae prope Rulitz ad Geram in terra aduoca- rum repertae (talcum aemulatur, ſed nihil eſt niſi rra calcarea); de examine LINKII particularum ryſtallinarum in baſaltis ſ. vitri Mülleriani ſic dicti d chalcedonium non poſſunt referri, ſed locus iis ſyſtemate mineralogico proprius adſignandus eſt; entum earum partes continent terrae ſiliceae 57, rrae calcareae 15, terrae aluminaris 18, ferri pau- illum; igitur eadem eſt in hoc foſſilii principiorum roportio, quae in zeolitho, maxime in eo, quem ERGMANNVS examinauit); de obſeruatione STV- RII, liquorem ſilicum per aquam calcis calcemque uam praecipitari poſſe *); de ſalis fodinis in Mol- dauia et Transſyluania (HACQVETI obſeruationes narrantur); de libro HERMANNI hiſtoriam cupri per- tractante, qui academiae Petropolitanae auctoritate Pe- tropoli excuditur, argumentumque magis exhaurire di- citur,

*) Id nemo mirabitur, qui cogitauerit, quanta ſit ter- rae ſiliceae cum calcarea affinitas; id quod praeter alios viri clariſſimi, SCHEELE et DE MORVEAU, docuerunt.

citur, quam opus Rinmannianum ferri hiſtoriam complectens.

p.454–462. 9) CAROLI HAIDINGERI, *conſiliarii rerum montaniſticarum Schemnicii in Hungaria.* De reductione acidorum molybdaenae et lapidis ponderoſi MATTHAEO TONDI Neapolitano Schemnicii feliciter peracta. Reguli ſic obtenti deſcribuntur. Regulus acidi lapidis ponderoſi multo minorem habet grauitatem ſpecificam, quam ille, quem DELHUYARII e wolframo pararunt. Accuratius de hoc argumento ab ipſo TONDIO in peculiari libro propediem agetur. Etiam e magneſia nigra TONDIVS regulos optime liquatos ſaepius elicuit, de quibus hic paulo exponitur. Nec minus e pſeudogalena picea Vallis Ioachimicae nouum illud metallum, a KLAPROTHO ipſius inuentore vraniten (melius vranium) dictum, obtinere ei licuit, cuius quoque hic aliqua datur deſcriptio. — De anthracolitho (graphitae varietate) Schemnicii, Kongsbergii in Noruegia, Lugduni etc. obuio. Egit de eo iam WIEDEMANNVS in diario monticolarum Freibergenſi. Centum eius partes tenent materiae carbonaceae 90, terae aluminaris 5 — 4, ferri 3 — 2, terrae ſiliceae 2 — 4. De origine huius foſſilis. — Denique de variis regulis acidi lapidis ponderoſi a RVPRECHTIO paratis, de quorum grauitate ſpecifica idem, quod ante dictum eſt, valet.

p.462–464. 10) FAVSTI D'ELHUYAR. Breuiter de montibus variarum regionum in Noua Hiſpania. Sunt partim e laua compoſiti, partim porphyrei, partim calcarei, partim ſchiſtoſi. Copioſiſſima eſt laua plus minusue poroſa.

p.465–466. 11) *Anonymi.* De montibus et fodinis Comagenſibus in Noua Hiſpania. Montes conſtant e ſchiſto argillaceo, venaeque in iis obuiae continent quarzum, pſeudogalenam, galenam ac pyritas, in quibus

bus aurum argentumque ineſt. — De minerarum excoctione et amalgamatione Guanaxuati in Noua Hiſpania.

12) IOSEPHI MÄHLING, *directoris amalgamationis in Valle Ioachimica Bohemiae.* Machina deſcribitur, cuius beneficio minerae duarum horarum ſpatio perfecte amalgamari poſſunt. Icon eſt addita hanc machinam exhibens. p. 465–468.

Accedunt catalogus nouorum ſociorum tabulaque acceptorum et expenſorum ſocietatis metallicae. p. 466–

VI.

I. A. CHAPTAL'S, *des heil. Geiſt-Ordens-Ritters, öffentlichen Lehrers der Chemie zu Montpellier, Aufſehers der Bergwerke des Königreichs, Mitgliedes mehrerer gelehrten Geſellſchaften u. ſ. w. Anfangsgründe der Chemie. Aus dem Franzöſiſchen überſeztt, und mit Anmerkungen verſehen von* FRIEDRICH WOLFF, *der Weltweisheit Doctor und Profeſſor adjunct. der Mathematik und Phyſik am königl. Joachimsthal. Gymnaſio zu Berlin. Nebſt einer Vorrede von D.* SIGISMVND FRIEDRICH HERMBSTAEDT, *der Römiſch-Kaiſerl. Akademie der Naturforſcher, der Churfürſtl. Maynziſchen Akademie der Wiſſenſchaften, und der naturforſchenden Geſellſchaft zu Halle Mitglied. Erſter, zweyter und dritter Theil. Königsberg, bey Friedrich Nicolovius,* 1791, 1792. 8. Tomus I. tenet pagg. XVI. et 424., tom. II. pagg. 540., tom. III. pagg. XXVIII. et 420.

i. e.

Elementa chemiae auctore I. A. CHAPTAL. In gallico vertit notisque auxit FRIDERICVS WOLFF. Cum praefatione SIGISMVNDI FRIDERICI HERMBSTAEDT. Tomi tres.

T. I. p. 7-68. In praefatione operi praefixa HERMBSTAEDTIVS de ſyſtemate antiphlogiſtico, cui haec chemiae elementa tanquam baſi ſuperſtructa ſunt, cuique ipſe adſentitur, pauca tradit, ad theoriam Stahlianam confutandam et Lavoiſerianam firmandam comparata *).

WOLFFIVS in ſua praefatione de lingua chemica Germanorum reformanda diſſerit, variaque proponit ad hanc reformationem facilem certamque reddendam ſpectantia.

p. 77—118. Sequuntur tum *primae lineae theoriae Lavoiſierii ſuper aëre atmoſphaerae puro et coniunctione baſis ipſius cum variis ſubſtantiis*, deſumtae ab interprete e clariſſimi VAN MARUM deſcriptione machinae electrico-

*) Nuper admodum GRENIVS de tentaminibus quibusdam a ſe ac WESTRVMBIO inſtitutis retulit, quorum is fuit euentus, vt antiphlogiſticorum theoria prorſus corruere videatur. Scilicet cum viri clariſſimi mercurium per ſe praecipitatum ſolo igne reducerent, aquam, ſed nihil prorſus aëris vitalis obtinuerunt. De hoc tentamine aliisque ſimilibus novam hypotheſin antiſtahlianam euertentibus accurate agitur in diario phyſico Greniano. Vid. *Allgem. Litt. Zeit. Intell Bl.* 1792 *N.* 83. Contra hanc tamen obiectionem ſyſtema Lavoiſierianum nuperſtrenue defendit GIRTANNERVS, vid. *Allg. Litt. Z. Int. Bl.* 1792. *N.* 105.

Theoriae Teylerianae tentaminumque cum ea instituendorum *).

In prologo auctor de chemiae praestantia ac necessitate, horum elementorum scribendorum consilio, operisque oeconomia loquitur. Non omnes chemiae thesauri in eo continentur, sed potissimum principia chemica generalia traduntur. Qui plura discere cupiunt, ad encyclopediae nouae methodicae partem chemicam a clarissimo DE MORVEAU elaboratam ablegantur; quodque nouam nomenclaturam, figuras apparatusque attinet, lectores elementa chemiae a LAVOISIERIO euulgata adire iubentur. p. 69—76.

Introductio in vniuersum opus primum historiam chemiae admodum succinctam, inprimis quoad culturam ipsius in Gallia, complectitur. Chemiae systematicae natales nostro videntur in Aegypto quaerendi. Etsi auctor non negat, alchemicorum deliria chemiae sanioris progressus haud parum retardasse, tamen contendit, istos naturae scrutatores quamuis a recta via deflectentes laude sua non esse defraudandos: admirabilem ipsis fuisse sensorum puritatem, morum simplicitatem, summique numinis amorem; in eorum scriptis summi ingenii vestigia hic illic sparsa reperiri, nec carere ipsorum opera rebus sane vtilibus, quae pharmaciam artesque egregie auxerint. — Primus BECCHERVS chemiae pomoeria protulit, cum ipsi non modo pharmaciam, sed p. 77—118.

*) *Beschreibung einer ungemein grosen Electrisir-Maschine und der damit im Teylerschen Museum zu Haarlem angestellten Versuche durch* MARTINUS VAN MARUM. *Erste Fortsetzung. Aus dem Holländischen übersetzt. Leipzig*, 1788. 4. Primae lineae theoriae LAVOISIERII ibi exstant pag. 48 ff.

omnia naturae phaenomena, meteororum theoriam, generationem metallorum, phaenomena fermentationis, putredinis leges vindicaret, ac mirifice illustraret. — Quo minus post STAHLIVM chemia insignes progressus faceret, neglectus operationum naturae viuentis obstitit: chemici enim cum sua studia arctis laboratoriorum cancellis concluderent, imprimis fluidis aëriformibus, quibus tanta vis est in naturam vniuersam, posthabitis non poterant mysteria naturae feliciter scisciatari. — Quod chemia in Germania aliisque terris septentrionalibus magis, quam in Gallia, culta fuit, id, nostro videtur a scholis Beccheriaaae et Stahlianae frequentia ac monticultura in istis regionibus amplissima repetendum. — Tum demum Galli operam chemiae studio diligentius nauare coeperunt, cum duumuiri clarissimi, ROUELLIVS chemiam, illustrisque BVFFONIVS historiam naturalem egregie colerent, ac docendo scribendoque harum disciplinarum amorem per omnem Galliam spargerent. — De Gallorum noua nomenclatura chemica, principiisque, quibus superstructa fuit. Facile intelligitur, eam nostro admodum probari. Malit tamen aërem phlogisticatum gas nitrogenium, quam azoticum, appellare, adeoque reprobat omnia nomina nouae nomenclaturae ab azoto deriuata. — — Sequitur breuis disputatio de chemiae in aliis disciplinis artibusque vsu. Persequitur noster tum artes in vniuersum, tum figillatim agriculturam, omnem oeconomiam ruralem, monticulturam, mineralogiam, physicam (chemia ac physica nostro natura sua sic videntur confundi, vt limites has disciplinas dirimentes definiri vix possint) pharmaciam, artem medicam (suspicatur auctor, morbos epidemicos artificiis chemicis profligari posse, quandoquidem hi morbi fere semper ab aëris, aquae cibo-

rumue

mnde mutationibus pendeant), vitam denique communem.

Pars I. De principiis chemicis. Introductio. Tra- p. 119-
duntur hic chemiae definitio, finis, media ad illum 139.
obtinendum, deſcriptio laboratorii, inſtrumentorum primariorum variarumque operationum chemicarum. Chemia, vt a noſtro definitur, naturam nos docet, corporumque proprietates nobis patefacit, adque id analyſi et ſyntheſi vtitur. Recte monet interpres, hanc definitionem non ita eſſe comparatam, vt chemia a phyſica poſſit diſtingui, nec omnino credit, eam poſſe dari, qua ambae diſciplinae certo internoſci queant: cenſet adeo omne inter eas discrimen tollendum, ambasque tanquam partes ſcientiae naturalis primarias copulandas eſſe. — Furni a noſtro diuiduntur in furnos euaporatorios, reuerberii, et fuſorios. In annalibus chemicis Pariſinis auctor nonnullas propoſuit laudauitque compoſitiones furnis exſtruendis: has interpres in nota adiecta commemorat. — Vaſa fictilia non poſſunt tuto adhiberi: vidit auctor, aquae fortis cum magnae quantitates in vaſis porcellaneis deſtillarentur, ipſius tum quantitati tum qualitati aliquid detrahi: vel vaſa encauſto obducta non ſunt adhibenda, cum in encauſto plerumque fiſſurae ſubtiles lateant, quae fluida transſudare patiantur. Vaſa euaporatoria vitrea omnibus aliis ſunt praeferenda: ignem maxime illa eludunt, quae e globo vitreo cauo excipuloue in duo hemiſphaeria aequalia per ferrum candefactum diffracto paraueris. Vt euaporatio ac deſtillatio citiſſime minimisque ſumtibus peragantur, neceſſe eſt, vt apertura apparatus ſat ampla ſit, calor liquidum vbique aequaliterque feriat, denique maſſa liquidi ampliſſimam ſuperficiem, ſed altitudinem exiguam igni exhibeat: his auctor vſus principiis apparatum, quo in Languedo-

cia ad vini deſtillationem vtuntur, ſic conſtruxit, vt iam proceſſus duodecima parte temporis et quinta lignorum abſoluatur. — In furno reuerberii auctor focum cum ergaſtulo iubet formam habere ellipticam, vt in vno ellipſis foco ignis, in altero retorta collocari poſſit, quo vehementior retortam ardor feriat. (Miramur, auctorem non ad ea attendiſſe, quae contra talem furnorum formam a chemicis prolata ſunt.) — Crucibulis auctor vtitur e platina parata longe praeſtantiſſimis. De aliis miſturis ad crucibula conficienda, vbi interpres nonnulla ex annalibus chemicis Pariſinis deſumta addidit. — In laboratoriis CHAPTALI carbones omnibus aliis ignis pabulis praeferuntur. — Ad retortas loricandas auctor immit argillam pinguem recensque ſtercus equinum: argillam quidem aliquot per horas aqua macerat, tumque cum ſtercore ſubigit, vt maſſa pultacea conſiſtat omnibus retortae partibus ignem paſſuris manu oblinenda. Stercus equinum hic vtiliſſimum eſt; nam primum ſucco gaudet mucilaginoſo, qui calore induratus omnes partes accurate conglutinat, ſed fermentatione aut tempore hac proprietate priuatur; deinde feſtucae ſtraminis in hoc ſtercore conſpicuae ad particulas luti magis copulandas plurimum conferunt. Retortae ſic loricatae ignis vehementiam optime reſiſtunt: adde, quod lutum cum vaſe tam accurate coit, vt, etſi retorta inter operationem diffringatur, deſtillatio tamen non interrumpatur, ſed continuari queat. Vapores rodentes vt coërceat auctor, hoc luto pingui vtitur. Oleum lini vel nucum coctum argillae cribratae admiſcet miſturamque probe ſubigit. Hoc luto perquam ductili facilique tractatu vaſorum commiſſuras oblinit, tumque linteo obuoluit albumine ouorum ac calce illito. Priusquam talis apparatus igni exponitur, lutum ſiccandum eſt; alioquin vapores lutum eleuant auolantque

que. — Per apparatum Woulfianum producta obtinentur puriſſima ac maxime concentrata, videnturque alia ratione vix poſſe producta parari, quae eiusdem ſemper virtutis ſint, certosque ac definitos effectus edant. Vſus eſt auctor hoc apparatu ad varia producta chemica, v. a. acidum muriaticum tam vulgare quam dephlogiſticatum, ſalem ammoniacum etc., magna quantitate paranda.

Sectio prima. Agitur hic de lege vniuerſali, p. 139–
qua corporum elementa coniunguntur inque 158.
hoc ſtatu cohaeſionis ſeruantur. Cum affinitas chemica inter elementa aut homogenea aut heterogenea exſeratur, duae ſunt eius ſpecies, quoad corporum naturam diſtinguendae. Prima eſt affinitas aggregationis, ſiue ea, quae partes homogeneas copulat. Altera eſt affinitas compoſitionis, qua duo pluraue elementa naturae diuerſae coniunguntur inque hoc connubio conſeruantur. De vtraque affinitate accurate agitur. — Adduntur ab interprete, quae clariſſ. KIRWAN ad calculum in affinitatis theoria iuuandum docuit. — Perſuaſum eſt auctori, vt corpus formam cryſtallinam induat, ſolutione ipſius non opus eſſe, ſed diuiſionem mere mechanicam ad id ſufficere. Credit, hac de re neminem dubitaturum eſſe, modo cogitauerit, corpus per ſolutionem neutiquam mutari, ſed tantummodo in partes minimas diuidi, qua diuiſione fit, vt partes ſeparatae ſibi inuicem appropinquent, ac ſecundum leges conſtantes grauitatis affinitatisque mutuum connubium ineant. Enimvero diuiſio mechanica idem praeſtat, elementaque corporum eodem modo afficit; vt mirum non ſit, ſales in terrae viſceribus ſparſos, v. g. ſeleniten, nulla praeuia ſolutione formam nanciſci regularem; nec magis latet, quomodo partes vix viſibiles ſpati, quarzi etc. ab aquis ablatae ac perquam ſubtiliter diuiſae adhaereſcere cryſtallosque gignere poſſint. Sales

exhibent proprietatem admodum notabilem, qu
quis pro cryſtalliſationis ſpecie facile habuerit,
quae, cum a diuerſis cauſis dependeat, huc re
nequit. In eo autem verſatur, quod ſales vaſ
quo ipſorum ineſt ſolutio, parietes adſcendere
nantur. Audit vegetatio ſalina. Auctor primus ob
dit, hoc phaenomenon ab aëre ac luce repetend
eſſe, adeoque pro arbitrio in hac illaue parte v
poſſe produci, dummodo lucis aërisque influ
quorſum conuenit, dirigas *). Clar. DORTHES id
reperit, praetereaque obſeruauit, camphoram, v
ſpiritum, aquam etc., ſi euaporatione inſenſibi
lagenis non penitus repletis eleuentur, ſemper
haereſcere illis vaſis partibus, quae plurimo lum
illuſtrantur. In nota interpres PICTETI explica
nem huius phaenomeni etſi ingenioſam confutat, n
netque, hoc phaenomenon iam LEMERYO 1707
PETITO 1722 obſeruatum, ab illisque vegetation
nomine inſignitum fuiſſe.

p. 159–165. *Sectio ſecunda.* De variis agitur mediis, quib
chemici ad cohaeſionem principiorum corporum
ſoluendam vtuntur.

p. 165–175. *Sectio tertia.* Docetur, qua via chemico in e
mine variorum corporum, quae hoc vniuerſum co
ſideranda offert, progrediendum ſit.

p. 175–214. *Sectio quarta.* De ſubſtantiis ſimplicibus ſ
mentaribus. Sub nomine elementorum non il
ſubſtantiae intelliguntur, quae vera ſunt ac genu
naturae elementa (haec enim non nouimus), ſ
quae analyſi non poſſunt in principia ſimpliciora re
ſolui. Apparet hinc, numerum naturamque eleme
torum

*) Auctor hac de re fuſe egit in tomo tertio actor
academiae Toloſanae.

rum, prout chemia progreſſus vlteriores faciat, mutari debere.

Cap. I. De igne. Inſtrumentum primarium, p. 177-
ius vi natura attractioni reſiſtit, ignis eſt. Si ſola 206.
ractio ageret, corpora non darentur alia, niſi ſo-
da: ſed materia caloris per corpora inaequaliter
ſperſa hanc elementorum corporum cohaeſionem
ntinno ſoluere conatur, adeoque ab hac ſola ma-
ria diuerſi ſoliditatis corporum gradus dependent.
attractio praeualet, corpora cernuntur ſolida; ſin
teria caloris praedominatur, aëriformia apparent:
corporibus fluidis ambae hae vires aequilibrium
dentur ſeruare. (Fluidam corporum formam a
reſſione atmoſphaere, quae impediat, quo minus
teria caloris corpora in formam aëream expandat,
petendam eſſe, interpres ſecundum LAVOISIE-
UM docet.) — Duae res hic diſtinguendae ſunt,
s et calor. Haec duo principia, ſaepiſſime inui-
em confuſa, inter ſe clariſſime differunt, cum vtrum-
ue ſolum exiſtere poſſit.

A. De materia caloris ſ. calorico (*calorique*) ac p. 180-
alore. Materia caloris ſ. calóricum (ſecundum no- 200.
menclaturam Gallorum nouam) eſt fluidum naturae
eculiaris, quod in corporibus maiori minoriue co-
a continetur, prout maiori minoriue attractione
lorum gaudet. Pluribus modis poteſt extricari vin-
ulisque ſolui: primum per affinitates; tum per tri-
ionem et preſſionem; per fermentationem, omnino-
ue omnem operationem chemicam, qua corporum
atura immutatur. — De thermometris, pyrome-
ris breuiter: accuratius de pyrometro Wedgwoodia-
no. De apparatu glaciali Lavoiſieriano. — De ca-
lore latente ſ. ligato.

B. De luce. Lux videtur fluidi peculiaris ſpa- p. 200-
tium inter nos corporaque viſibilia interceptum re- 206.
plentis beneficio ad oculos noſtros deferri. Vtrum

hoc

hoc fluidum e ſole emanet, an per vniuerſum ſum ſit, perque motum ſolis aut aliud fluidum mo tur, auctor non definit, ſolummodoque phaenom viresque lucis conſiderat.

p. 207–213. *Cap. II.* De ſulphure. Sulphuris originem decompoſitione comporum vegetabilium et ani lium noſter repetit.

p. 213–214. *Cap. III.* De carbonico. Hoc nomine in no nomenclatura carbo purus inſignitur. Subſtan ſimplicibus ideo adnumeratur, quod nondum po in principia ſimpliciora reſolui. Carbonicum in v getabilibus occurrit: per deſtillationem ab omni partibus oleoſis ac volatilibus, perque lotionem c aqua pura ab omnibus ſalibus repurgari poteſt. peritur etiam in regno animali, inque plumba detectum eſt.

p. 214–262. *Sectio quinta.* De ſubſtantiis aëriformibus, v de ſolutione nonnullorum principiorum in mat caloris, in vulgari atmoſphaere temperatura. H occaſione de apparatu pneumatico.

p. 219–229. *Cap. I.* De aëre inflammabili (*gaz hydrogène*) Parum inter naturae ſcrutatores de huius fluidi aë formis in reſpirationis negotium effectu conue FONTANA quidem et MOROZZO negant, aërem i flammabilem impune poſſe reſpirari. Alia omnia v dentur docere BERGMANNI, SCHEELII, ROZIERI (aëronautae infelicis) tentamina. Litem vt noſter componeret, varia experimenta cum aëre inflamma bili reſpectu reſpirationis inſtituit. Aues quidem in aërem inflammabilem deinceps immiſſae perieru ſic tamen, vt aër nihil prorſus mutationis ſubire Bufones in aëris inflammabilis pollices cubicos qu draginta introducti horis tribus cum dimidia praet ritis mortui ſunt, dum alii in aërem vitalem atmo ſphaericumque immiſſi horas quinquaginta quinqu viuerent. Cum ipſe noſter aërem inflammabilem pu

moni-

ibus hauriret, vidit, eandem huius aëris portio-
m pluribus vicibus ſine vllo damno poſſe reſpirari.
r hac reſpiratione haudquaquam immutatur; vn-
noſter concludit, eum eſſe irreſpirabilem; alio-
in in pulmonibus mutationem ſubiret, quandoqui-
m non is eſt reſpirationis finis, vt fluidum inſpi-
tur, poſtmodoque nihil paſſum mutationis exſpi-
tur; etenim reſpiratio eſt functio longe nobilior,
ulior cumque oeconomia animali longe magis con-
xta. Pulmo organum eſt aëre nutriendum, quod
rem inſpiratum quaſi concoquit, portionem eius
iam auerſatur, proficuamque retinet. Itaque
m aër inflammabilis pluribus vicibus deinceps
ſſet inſpirari, ſic vt nec homini ipſum reſpiranti
nnum aliquod inferatur, nec ipſe aliquid ſubeat
tationis, conſequitur, aërem inflammabilem non
e natura venenata, nec tamen illis fluidis aëreis
ſſe adnumerari, quae ad reſpirandum idonea ſunt.
mnino idem valet de aëre inflammabili reſpectu
ulmonum, quod de globulis e muſco et reſina con-
ctis, quos nonnulla animalia frigore hiberno ſaeuiſ-
mo deglutire conſtat: hi globuli non digeruntur,
m animalia tempore verno eos eructant, tamen fa-
em fallunt, cum membranae ventriculi illis pari-
r, ac contextus pulmonum aëri inflammabili inſpi-
to, impune atterantur. — Inſignis aëris inflam-
abilis leuitas mouit nonnullos, vt crederent, lo-
m ſupremum atmoſphaerae ab eo occupari. Huic
ppoſitioni hypotheſes ſuperſtruxerunt admodum
ecioſas de iſtius ſtrati in meteorologiam influxu.
ed non cogitarunt, parum hoc cum ſapienti natu-
ae oeconomia conuenire, aëremque inflammabilem,
ſum in atmoſphaeram eleuetur, cum aliis corpori-
us, inprimisque cum baſi aëris vitalis copulari, hinc-
ue aquam aliaque producta prodire, quorum co-
nitione nos plerorumque meteororum notitiam

adep-

adepturos eſſe, dubitari non poteſt. — De g
aëroſtaticis obiter. — Varia eſt aëris inflamm
puritas, vnde diſcrimem proprietatum ipſius
flammae, dependet. Raro hic aër puriſſimus e
vegetabilibus elicitus aërem tenet fixumet part
fas; e paludibus enatus plus minusue aëris fix
tinet; decompoſitione pyritarum generatus non
quam ſulphur tenet ſolutum. — Aër inflamm
lis ſulphur ſuſcipit. Quod vbi ſoluit, odorem
git foetidum aërque hepaticus dicitur. Hae oco
interpres monet, CRAWFORDVM cum ſocietate L
dinenſi deſcriptionem nouae ſpeciei aëris hepatic
qua nihil prorſus ſulphuris ineſt, communicaſſe.
Geneſis aëris inflammabilis fere ſemper a decomp
tione aquae repetenda eſt.

p.230–250. *Cap. II.* De aëre puro ſ. vitali (*gaz oxigè*
Hoc aëre natura tanquam inſtrumento longe pot
tiſſimo ſuis in operationibus vtitur. — Qualit
aëris puri e plantis exiſtentis vi vitali plantarum
vigori lucis ſolaris proportionalis eſt. Ad aërem
rum hac ratione parandum opus non eſt, vt r
ſolares plantam recta feriant; ſufficit, plantam
illuſtrari. Sic auctor e muſco quodam fundum l
obtegente magnam copiam aëris vitalis obtinuit,
radii ſolares muſcum nunquam poſſent recta tang
re. — De aliis ſubſtantiis, aërem purum in lum
ne ſolari exhibentibus. Cum auctor mercurium pr
cipitatum rubrum aqua perfuſum luci ſolari expo
ſet, aër purus conſpicuus redditus eſt, calxque h
drargyri mox nigrum colorem contraxit. — A
purus e ſubſtantiis, quibuscum coniunctus eſt,
iam per acidum vitriolicum poteſt elici. Noſter h
vtitur methodo, quae ipſi ſimpliciſſima videtur. L
genulae vitreae ingerit vnam duasue vncias magn
ſiae nigrae; ſuperfunditque iuſtam copiam acidi v
triolici, ſic vt miſtura maſſam liquidam aemulet

Lag

genam tum obturat ſubere, cuius centrum perfo-
tum eſt. Foramini immittit tubum cauum incur-
rum ſic, vt alterum extremum in lagenam depen-
at, alterum in apparatum pneumatico-chemicum
troducatur. Quo facto, pruna exigua fundo lage-
ae adplicatur, protinusque aër emergere incipit.
Varia eſt aër vitalis puritate, prout ex hac illaue
bſtantia elicitus eſt: hinc proprietatum ipſius di-
rimen. E calcibus mercurialibus paratus fere ſem-
per aliquid hydrargyri continet. Vidit noſter, duos
homines, qui huiusmodi aërem ob morbos pectoris
haurirent, mox ſaliuatione tentari. Cum lagenas ta-
aëre repletas frigori vehementi expoſuiſſet, parie-
es lagenarum ſtrato calcis mercurialis ſubtiliſſimo
inducti ſunt. Praeterea bis vidit in lagena, quae
aërem recens elicitum exciperet, praecipitatum fla-
rum naſci, cum liquidum, quod aër peruadere co-
geretur, incaleſceret. Aër vitalis e vegetabilibus
paratus nunquam ea eſt puritate, qua is, quem ge-
nerunt calces metallorum. — De combuſtione
accurate agitur, praemiſſis, tanquam axiomatibus, his
quatuor propoſitionibus: ſine aëre vitali nullam dari
combuſtionem; in quauis combuſtione aërem vita-
lem abſorberi; producta combuſtionis pondere tan-
tum creuiſſe, quantum aëris vitalis abſorpti pondus
efficit; in omni combuſtione calorem lucemque libe-
ra reddi. — De reſpiratione aërisque puri ad eam
neceſſitate. Phaenomena reſpirationis piſcium diu
noſter obſeruauit, viditque, piſces a fluidis aëriſor-
mibus perinde, ac cetera animalia, affici. Clariſſ.
FOURCROY reperit, aërem in veſica aërea cyprino-
rum incluſum nihil eſſe aliud, niſi aërem phlogiſti-
catum (*gaz nitrogène*). Structura inſectorum oeco-
nomiae plantarum perquam ſimilis eſt. Etenim pri-
marum organa reſpirationi inſeruientia in inſectis plan-
tisque ſimiliter ſunt comparata, h. e. per totum cor-

pus

pus ſparſa. Tum inſecta ad nutritionem non ind-
gent aëre puriſſimo, quemadmodum plantae prin-
pio aëris atmoſphaerici letali nutriuntur. Dein-
tam inſecta quam plantae aërem vitalem exhal-
FONTANA quidem varia inſecta in aquis ſtagnan-
bus habitantia reperit, quae luci expoſita ſolum a-
rem vitalem exhiberent; materiaque viridis in aqu-
ſtagnantibus naſcens, a PRISTLEYO, SENEBIERIO
aliisque naturae ſcrutatoribus conferuis adnumera-
ſed ab INGENHOVSSIO pro domicilio animalcul-
rum habita, in lumine ſolari magnam vim aëris vit-
eructat. Denique analyſis inſectorum principia fi-
quae plantarum principiis analoga ſunt, quo ſpect-
reſinae, olea volatilia etc. — Aër exſpiratus con-
ſtat ex aëre phlogiſticato, fixo et vitali. Aër, in q-
noſter quinque paſſeres ſuffocauerat, tenebat adhu-
$\frac{17}{100}$ aëris vitalis. Experientia docuit, animalia veg-
tabilibus veſcentia aërem longe minus corrumpe-
carniuoris. Clar. DE LA METHERIE aſſerit, vn-
horae ſpatio hominem aëris vitalis pollices cubico-
360 abſorbere: ſed noſtrum ſua docuerunt tentam-
na, huius aëris longe minus conſumi. — Effect-
huius aëris in ſanguinem primarius is videtur e-
quod tinctum illi dilute rubrum impertit. Quod
cruor venoſus ſubniger ab aëre puro contingitur,
ſius ſuperficies colorem contrahit dilute rubrum. A-
ter effectus reſpirationis eſt, quod ſanguinis per pu-
mones fluentis calor augetur. — De aeris puri v-
ribus medicis. Auctor non contendit, aërem pu-
rum phthiſis, vt multis placet, remedium eſſe ſp-
cificum, potiusque aſſerit, in huiusmodi morbis no-
xium fieri poſſe (ſimilia monuit LICHTENBERGIVS)
commendat tamen eius vſum, cum aegrotus ſic po-
ſit egregie exhilarari. — De modis aërem corr-
ptum corrigendi. — Nonnulla huic capiti inte-
pres additamenta adiunxit. Agitur in iis de combu-
ſtione

, vbi de lucerna Argandiana; de reſpiratione; ribus aëris vitalis medicis in phthiſi aliisque mor- de eiusdem aëris influxu in colores ſubſtantiarum tabilium.

Cap. III. De aëre phlogiſticato (*gaz nitrogène, azote, moſette atmoſphèrique*). p. 258–262.

Sectio ſexta. De aëre phlogiſticato vitali remix- p. 262–
ſ. de aëre atmoſphaerico. Aëris vitalis efficaci- 266.
admiſtione phlogiſticati frangitur. Quod niſi ef- vita humana cito conſumeretur. Omnino aër nobis non magis, quam aqua deſtillata, pro- videturque hoc eſſe naturae conſilium, vt haec cipia non ſumma puritate vſurpemus.

Sectio ſeptima. De coniunctione aëris vitalis et p. 266–
mmabilis ad aquam generandam. Aquam noſter 289.
triplici reſpectu conſiderat.

A. De aqua ſub forma glaciei. — Grando au- p. 269–
productum videtur, quod repentina liberatione 272.
erine electricae aquam liquidam ſeruantis genera- Fere ſemper cum tonitru coniuncta eſt, ten- maque QVINQVETI hanc theoriam confirmant. at auctor caſum, cuius ipſe fuit teſtis oculatus, videtur hac in theoria nonnullius momenti. ndetriceſimo Octobris 1786 cum Monte Peſſu- pluuia caderet, tonitru vehementiſſimum hora pomeridiana grandinem inſignem generauit. fortuna ſeplaſiarius cum aquae in cellam irruen- damnum arceret, vidit obſtupeſcens, aquam mu- perpluentem glaciei formam induere. Poſt ho- quadrantem noſter locum viſitauit, viditque de- glaciei libras ad murum coaceruatas. Per mu- non poterat glacies iam formata penetrare, nam erat integerrimus nullisque fiſſuris patebat. quaerit auctor, num eadem cauſa, quae gran- in atmoſphaera generauit, etiam glaciem in illa gennerit.

p.273-276. B. De aqua in ſtatu liquido. Cum noſter M... te Peſſulano degeret, vidit, imbrem aquam dare ... ge impuriorem illa, quae obtinetur, ſi pluuia ... quot horas diesue durauerit; pluuiam per aufr... adductam ſalem marinum ſolutum tenere, e con... rio nihil huius ſalis in illa contineri, ſi ſimul ... pluuia boreas ſpiret. — De aquae deſtillatione ... Roris noxiae qualitates noſtro videntur a materi... xiis in atmoſphaera natantibus repetendae, qua... vaporibus aquoſis aërem penetrantibus ſuſcipiun... — Vt aqua pura ſanitatem ne laedat, ab aëre ... ſphaerico prius, quam bibitur, tangatur cumque ... copuletur neceſſe eſt: haecque noſtro videtur re... quamobrem aqua e glacie liqueſcente naſcens ... tati noxia ſit.

p.277-289. C. De aqua in ſtatu aëriformi. Agitur de ... perimentis noſtrorum temporum aquae naturam ... ream ſynthetice et analytice demonſtrantibus. ... ditamenta interpretis ad eandem demonſtran... comparata ſunt.

p.290-309. *Sectio octaua.* De coniunctione aëris phlogi... cati 1) cum aëre inflammabili, 2) cum principi... cticiis, ad ſales alcalinos generandos. Cum de... ſtratum videatur, aërem phlogiſticatum cum in... mabili copulatum ſubſtantiam generare ſalibus ... linis adnumeratam (alcali volatile), cumque ve... mile ſit, reliquas ſubſtantias ad eandem corpo... claſſem referendas ex eodem aëre baſique terrea ... ſtare, hoc loco auctor de ſalibus alcalinis agen... cenſuit. Primum de his corporibus in vniuerſum

p.291-303. *Cap. I.* De ſalibus alcalinis fixis. Recte fin... diunt; nam nec in foco ſpeculi cauſtici poſſunt ... latiliſari, nec odorem ſpargunt, qui nares facile ... riat.

p.292-295. A. De ſale alcalino fixo vegetabili (poti... Auctore e centenario cinerum fagineorum obti...

ſalis libras 11 — 13, e centenario cinerum
ulae 12 — 14.

B. De ſale alcalino fixo minerali (*ſoude*). p. 295–
Etſi alcalia fixa nondum potuerunt perfecte de- 303.
mponi, probabile tamen eſt, aërem phlogiſticatum
er ipſorum principia referendum eſſe. Clariſſ.
OUVENEL cum cretam elixatam vaporibus ſub-
antiarum animalium putreſcentium expoſuiſſet, ni-
m nactus eſt. Noſter hoc experimentum in loco
ſo repetiit: cretae libras viginti quinque aqua
da diligenter eluit, tumque vaporibus ſanguinis
buli putreſcentis expoſuit; menſibus vndecim
oſis, nouem reperit vncias calcis nitratae, trea-
e vncias et drachmam nitri. Si ſaponem ſaepius
illas, ipſe decomponitur, alcalique volatile prodit:
clar. BERTHOLLET docuit, aërem phlogiſticatum
ncipum eſſe alcali volatilis; vt iure poſſis ſuſpicari,
em phlogiſticatum in principiis ſalium alcalino-
n numerandum eſſe. (In nota interpres monet,
iſſimum TINGRY in iis plantis, quae nitrum ex-
erent, etiam alcali volatile reperiſſe; hinc ſuſpi-
ur, ſalium alcalinorum eadem eſſe principia, dif-
entiamque in ſola proportione poſitam eſſe.) Ita-
noſter arbitratur, aërem phlogiſticatum cum
calcarea copulatum alcali vegetabile, cum magne-
minerale generare. Quod hanc alcali mineralis
neſin attinet, prouocat etiam ad tentamina DEH-
, DEYEUX, LORGNAE, OSBURGII.

Cap. II. De ſale alcalino volatili (*ammoniaque*). p. 304–
cali volatile videtur eſſe ſolius putredinis ſuboles: 309.
od enim deſtillatione e nonnullis ſchiſtis elicitur,
nde repetendum eſt, quod hae ſubſtantiae ortum
um decompoſitioni corporum animalium ac vege-
bilium debent. In putredine pariter ac in deſtilla-
ne demum e principiis ſuis coaleſcit; nam analy-
ſaepiſſime nihil alcali formati iis in partibus denu-

dat, e quibus per deſtillationem et putredinem pioſe extricatur. — De aëre alcalino. Pelles malium corrodit. Tanta eſt ipſi irritatio, vt co- ra auium, quas auctor hoc in aëre ſuffocauerat, dique puſtulis obtegerentur. Cum aëre atmoſph rico ſit leuior, fuaſerunt nonnulli, vt machinae roſtaticae eo replerentur. Comes quidam MIL auctor fuit, vt machina prunis inſtrueretur, quae rem quam maxime extenderent inque hoc ſtatu varent. — Tentamina PRIESTLEII aërem ali- ſum per ſcintillam electricam in inflammabilem mutantis, item LANDRIANI, eandem immutatio- perficientis, cum hunc aërem per tubos vitreos defactos tranſire cogeret, mouerunt ſuſpicionem rem inflammabilem tanquam principium in alca- contineri. Clariſſ. BERTHOLLET, quicquid dubi- tionis hoc ſuper argumento remanebat, primus ſtulit, omniaque adeo tentamina videntur demo- ſtrare, alcali volatile ex aëre phlogiſticato atque flammabili compoſitum eſſe. E BERTHOLLETII lyſi ſequitur, in mille alcali volatilis partibus ter 807 partes aëris phlogiſtici, et 193 aëris in- mabilis contineri. Secundum AUSTINVM aër phlo- giſticatus ad inflammabilem ſe habet = 121 : 32.

p. 309–411. *Sectio nona*, De copulatione oxygenii cum nullis baſibus ad acida generanda. Primum de a- eorumque proprietatibus in vniuerſum. Cauſſa acidorum ſaporem ab inſigni aliorum corporum, acida trahuntur, appetitu auctor repetit.

p. 316–329. *Cap. I.* De aëre fixo ſ. acido aëreo (*gaz carbonique*). Docuit LOVOISIER, hoc acidum baſi aëris puri materiaque carbonum ſ. carbone conflari. Ideo in nomenclatura noua acidum carbonicum. Sub triplici forma reperitur: aëri- me; aliis corporibus (aquis mineralibus) admi-

m aliis corporibus (terra calcarea, magneſia, ſali-
alcalinis etc.) intime coniunctum.
A. De alcali vegetabili aërato (*carbonate de* p.326-
ſſe). 327.
B. De alcali minerali aërato (*carbonate de* p.327-
e). 328.
C. De alcali volatili aërato (*carbonate d' ammo-* p.328-
que). 329.
Cap. II. De acido vitriolico (*acide ſulphurique*), p.330-
vitriolico phlogiſticato ſ. ſulphuris (*acide ſulphu-* 343.
x). Sulphur ſublimatum, molle, acidum ſulphu-
, acidumque vitriolicum tantummodo diuerſa ba-
aëris puri ſ. oxygenii proportione inter ſe diffe-
t. Si inter ſulphuris combuſtionem aër cum im-
u aduehitur, ſulphur integrum abripitur, nihil-
e paſſum mutationis, quod oculos feriat, parietibus
mbo obductis eorum conclauium, in quibus oleum
oli paratur, adhaereſcit. Imminuto aëris impetu,
ulatio fit paulo arctior: ſulphur nonnihil immu-
ur, ſubque forma cuticulae ſuperficiem aquae con-
t; haec cuticula corii inſtar ductilis eſt, ſimiliter-
e poteſt tractari. Si impetus aëris magis etiam de-
ſcit, vt aëri ſat temporis ſuppetat ad connubium
m ſulphure contrahendum, coniunctio fit arctior,
ditque acidum vitriolicum volatile: hoc acidum
tmoſphaerae vulgari temperatura formam aëream
oſeruat, ſed frigore intenſo aquae ad inſtar liqui-
m fit. Denique ſi combuſtio magis adhuc impe-
ur, aërque cum ſulphure quaſi digeritur, connu-
m accidit arctiſſimum, acidumque vitriolicum ge-
atur: huius acidi generatio facilior redditur, ſi ſul-
uri nitrum adiungas, nam in nitro baſis aëris puri
gna copia ineſt. Alibi (in annalibus chemicis Pa-
inis) auctor docuit, aërem vitalem in atmoſphae-
contentum ad geneſin acidi vitriolici nunquam ſuf-
re, ſed ſemper nitrum adiungendum eſſe. — Ad

parietes conclauium, in quibus acidum vitrioli paratur, obducendos auctor (vid. annales chem. Pariſini, vnde haec interpres deſumſit) non amp plumbo vtitur, ſed luto quodam longe minor ſumtibus parabili: conſtat hoc lutum ex aequal partibus reſinae, terebinthinae et cerae; hae ſtantiae in aheno colliquantur, donec particulae latiles omnes auolauerint, adhucque calentes rietibus oblinuntur. Acidum vitriolicum liber quod in Italiae locis nonnullis repertum eſt, ſulp ris combuſtione natum noſtro videtur.

p.338–339. A. De tartaro vitriolato (*ſulfate de pota*). In nota interpres de lumine phosphorico huius a GIOBERTO obſeruato loquitur *).

p.340–341. B. De ſale mirabili GLAVBERI (*ſulfate ſoude*).

p.342–343. C. De alcali volatili vitriolato (*ſulfate d' am niaque*).

p.344–367. *Cap. III.* De acido nitroſo (*acide nitr*). Acidum nitroſum ſecundum antiphlogiſticorum riam conſtat e baſibus aëris puri aërisque phlo cati: nam aër nitroſus, quem acidum nitroſum de poſitum exhibet, ſecundum CAVENDISHII MARVM tentamina ex aëre phlogiſticato puroque poſitus eſt. — De eudiometro FONTANAE. — ditamentum interpretis principia acidi nitroſi ſpe

p.357–365. A. De nitro (*nitrate de potaſſe*). — De vere pyrio etc.

p.365–366. B. De alcali minerali nitrato (*nitrate ſoude*).

p.366–367. C. De alcali volatili nitrato (*nitrate d' am niaque*).

*) Acta academiae Taurinenſis. (Comm. noſt. XXXIII. p. 588.)

Cap. IV. De acido muriatico tam vulgari quam dephlogiſticato. — In additamento interpres de acido muriatico dephlogiſticato diſſerit. p. 368–396.

A. De alcali vegetabili ſalito (*muriate de potaſſe*). — Hic ſal etiam in cineribus nicotianae reperiri ſuit: id quod noſter vehementer miratur, vt qui totius ſalem culinarem in illis ineſſe debere cenſeat, quem conſtat ad tabaci humectationem adhiberi. Suſpicatur ideo, alcali minerale per fermentationem vegetabilem in vegetabile transmutatum fuiſſe. p. 382–383.

B. De ſale culinari (*muriate de ſoude*), Sal ſoſſile auctor a lacubus ſalſis exſiccatis repetit. — De variis modis alcali minerale e ſale culinari extricandi. p. 383–392.

C. De alcali volatili ſalito ſ. ſale ammoniaco (*muriate d'ammoniaque*). p. 392–396.

Cap. V. De aqua regis (*acide nitro - muriatique*). Quatuor vnicae ſalis ammoniaci puluerati cum libra acidi nitroſi in frigore ſolutae aquam regiam praeſtantiſſimam exhibent. Ex hac aqua per longum temporis ſpatium acidum muriaticum dephlogiſticatum emergit, falleturque, qui hanc illius exhalationem impedire conaretur; e contrario curandum eſt, vt ne illi abitus obſtruatur. — Odor manifeſtus acidi muriatici dephlogiſticati, qui ex aqua regia quauis methodo parata emergit, proprietasque earum ſoluendi iſti acido competens induxerunt chemicos, vt crederent, inter duorum illorum acidorum, e quibus aqua regia componitur, commiſtionem acidum muriaticum nitroſo baſin aëris puri eripere, ac dephlogiſticatum, vti vulgo audit, euadere, adeoque has tantum eſſe nitroſi partes, vt muriaticum baſi aëris puri augeat. At enim hoc cum rei natura non videtur noſtro congruere. Etſi enim proprietates acidi muriatici admiſtione nitroſi aliquid mutationis patiuntur, muriaticumque per decompoſitionem portionis nitroſi baſi aëris puri augetur, p. 397–399.

ambo tamen acida in aqua regia inſunt, noſtrum ſua tentamina docuerunt, in aqua regia accurati parata, ſi alcali vegetabili ſaturetur, ſalem di vum nitrumque coaleſcere: creditque auctor, aq regiam tantummodo propterea tanta pollere effi tate, quod acida coniuncta ſint, quorum ver que metalla facile calcinet, alterum metalla calc ta promte ſuſcipiat.

Cap. VI. De ſale ſedatiuo HOMBERGII. do boracis (*acide boracique*). Ad ſalem ſedatiuum borace extricandum noſter methodum Hombe gianam optimo cum ſucceſſu ſequitur. Vitur hanc operationem vaſe retorto vitreo, quod bal arenae immittit. Boraci ſuperfundit ſubduplum (p deris ratione habita) acidi vitriolici, ignemque m admouet ſublimatorium. Sal ſublimatus ſumm eſt candore — Salem ſedatiuum elementis chem cis adnumerandum eſſe, cum vehementer errauer qui principia ipſius reperiſſe ſibi viſi ſint, cum a tum nuper clariſſ. DE MORVEAU docuerunt. — I nota interpretis de reductione ſalis ſedatiui in ſ ſtantiam metallicam a TONDIO et RVPRECHTO ta tata, ſed ab experientia parum confirmata agitur.

p. 404--405. A. De alcali vegetabili acido boracis iuncto (*borate de potaſſe*).

p. 405--411. B. De borace vulgari (*borate de ſoude.*)

p. 411. C. De alcali volatili acido boracis iuncto (*borate d' ammoniaque*).

p. 411--424. Ad finem huius tomi de aquis mineralibus breviter agitur. Aquas minerales ſic noſter definit: ſunt aquae ea copia principiorum peregrinorum imbu ctae, vt in corpore humano mutationes producant quas vulgaris aqua producere nequit. — In qua tant

mor claſſes ab auctore diuiduntur. Prima claſſis complectitur aquas acidulas et aëratas (*eaux acidules et gazeuſes*); altera aquas ſalſas (*eaux ſalines proprement dites*); tertia aquas ſulphureas (*eaux ſulfureuſes*); quarta denique aquas martiales (*eaux martiales*).

(Reliqua proxime.)

VII.

D. CHRIST. GOTHFR. GRVNERI Prof. med. Ienenſ. *Luſus medici.* Ienae. Sumt. Auctor. 1792. 4. pgg. 40.

Exhilarati ſumus magnopere, dum has plagulas perlegebamus, ſale multo refertas. Argumenta, de quibus Illuſtr. Auct. hic diſſerit, a rebus petita ſunt, quae aut e communi hominum ſententia non niſi vituperia merentur, aut de quibus primo intuitu futilia tantum commemorari, et incredibilia praedicari poſſe videntur. Illa vero ita oratione proſecutus eſt Cl. a. vt, iis non omnem laudis materiam deeſſe, cofiteri cogamur; haec ita, vt futilia ex aliqua certe parte grauitate, incredibilia probabilitate ſe commendent. Neque tantum in ludicris verſatus eſt, ſed ridendo verum dicere, atque adeo delectando ſimul vtilem fieri ſtuduit. Tota orationum ratio ita eſt comparata, vt, niſi integras deſcriberemus, lectoribus genium earum, variosque, quibus diuites ſunt, lepores repraeſentare haud poſſimus. Itaque res tantummodo indicabimus, quas laudum encomiis extollere anniſus eſt Ill. a.

Orat. I. de venerabili Aeſculapii barba agit. Orat. II. laudes febris enarrat. Orat. III. in laudibus podagrae occupatur. Orat. IV. ſtultitiae medicae encomium continet. Orat. V. de clerico medico e republica exterminando diſputat. Orat.

VI. vti SWIFTIVS quondam hominem ſimillimum eſſe ſcoparum manubrio, cuius ſuperior pars inferiora verſus conuerſa eſt, ita G. hominem bullam eſſe demonſtrat. Orat. VII. eaque vltima breuiter exponit de illo prouerbio, quod ſaepe veriſſime dictum eſt: *mentiris vt medicus.*

Ceterum certiſſime perſuaſum nobis eſt, neminem fore, quem perlectis his plagulis temporis impenſi poeniteat.

VIII.

FREDERICI van der MYE, Delphenſis, praefidii Bredani medici regii, *de morbis et ſymptomatibus popularibus Bredanis tempore obſidionis et eorum immutationibus pro anni victusque diuerſitate, deque medicamentis in ſumma rerum inopia adhibitis Tractatus II.* Iterum edidit ob raritatem et argumenti grauitatem, notulis auxit et praefatus eſt D. CHR. GOTHFR. GRVNERVS, Seren. Duc. Saxo-Coburg. a conſiliis ſanct. et archiat. — Seren. Duci Saxo-Vinar. a conſ. aul. Prof. Medic. in ac. Ien. ordin. etc. etc. Ienae cIↃIↃccxcII. 4. ſumt. auctor.

Libellus, quem hic Ill. GR. typis iterum exſcribendum curauit, prodiit primo Antwerpiae cIↃIccxxvII. 4. ex officina Plantinian, fuitque cum ob eximiam raritatem, tum ob multarum, quas continet, rerum vtilium copiam dignus, qui denuo typis mandaretur. Laudamus eam ob rem Cl. Editorem, quod partim per opportunitates, quas Ipſi publicae medicorum iuniorum promotiones offerebant, fruſtulatim quodammodo, partim nunc integrum cum lectoribus communicauit librum talem, qui obliuio-

in

ni non meritae eripiendus omni modo erat. Norunt ii, qui ſuperiorum etiam ſeculorum libros euoluunt, nec libris tantum nunc prodeuntibus, qui praeter nouitatem ſaepe nihil habent, quo commendentur, legendis operam dant, norunt, inquam, librum van der MYE conſtare duabus partibus, quarum prior peſtem ſcorbutumque, obſidionis duritie natos morbos, graphice depingit, alter vero ſcholiis ea, quae in morborum deſcriptione breuiter adumbrata erant, latius exponit. Sed cum illius operis argumentum, vt notum, iure meritoque ſumi poſſit, deſiſtimus ab eo vlterius enarrando. Potius ea, quae Illuſtr. Editoris diligentia et eruditione acceſſerunt, commemorabimus. Ac primum quidem hiſtoricos conſuluit, qui obſidionis Bredanae mentionem iniecerunt, HERM. HVGONEM, DAN. HEINSIVM, et MARC. ZVERIVM BOXHORNIVM, vt, quid inde ad FREDERICI van der MYE narrationem de obſeſſorum toleratis aerumnis indeque natis morbis firmandam et illuſtrandam hauriri poſſet, ex his fontibus deriuaret. Dein ea adiecit, quae nuperi melius et accuratius et de peſte, et de ſcorbuto, eorum cauſis atque ſymptomatibus, nec non de medendi methodo, his morbis omnium optime accommodata, ſcriptis prodidere ſuis. Hae quidem notulae, ſi earum ambitum conſideres, maximam partem breuiſſimae ſunt, ſed eaedem quoque lectionis late patentis, iudiciique longo vſu ſubacti luculentiſſima offerunt teſtimonia. Sic, vt pauca tantum exempla addamus, de haemorrhagiarum in peſte adfectis dubio euentu; de venaeſectionis ab his medicis maximopere contra hunc dirum morbum commendatae, ab aliis contra ea acerbiſſime impugnatae vtilitate; de peſtis contagio, quod ab his admiſſum et defenſum, ab illis negatum et oppugnatum fuit; de ſcorbuti antiquitatibus et ſ. p. breuiter; ſed ad rem appoſite diſeruit Cl. GR.

IX.

IX.

BASSIANI CARMINATI, Hygienes, ther. gener. mater. med. et chir. ac pharmac. in Ticin. Gymnaſ. reg. profeſſ. Noſocom. med. primar. et reg. acad. ſcient. Neapol. Senenſ. Mantuan. elector. Mogunt. patriot. Mediol. etc. ſodalis, *Hygiene, therapeutice et materia medica.* Vol. I. Papiae ɔIɔIɔɔɛɔXɔI. 8. pagg. 404.

Cl. Auctor ſermone haud admodum terſo latinoque ea, quae optimi deinceps nominandi ſcriptores his de rebus expoſuere, comprehendit, cum iuberetur hygienen cum therapeutice et materia medica coniunctim tradere. Quae inſtitutionis ratio, a Celeb. TISSOTO *) iam, nec temere commendata, Auctoris plauſum ferre haud videtur, quippe qui nimis frigidus eiusdem laudator exiſtit. Etenim „conſulto ſtatutam fuiſſe hanc coniunctionem doctrinarum, quae quondam a ſe inuicem ſeparatae tradebantur, ex eo *perhiberi* contendit, quod res illae, quarum optimo vſu ſanitas ſeruatur, eaedem ſint, quae opportune in morbis adminiſtratae aegrum corpus ad priſtinam integritatem perſaepe reſtituunt, vel ſaltem medicamentorum vires et actiones in aegri ſalutem inſigniter adiuuant.“. Sed mittamus haec, et quis ordo ab auctore adhibitus, quae propria et nova prolata fuerint, potius diſpiciamus. —

Prooemio continetur praeter ſcribendi occaſionem hygienesque notionem ac diuiſionem exhibitam enumeratio et diiudicatio ſcriptorum cum veterum, tum recentiorum, qui de hygiene, therapeutice et materia

*) *Verſ. über die Mittel den Unterr. in d. Arzneyk. zu verbeſſern. p.* 57.

materia medica prae ceteris expoſuere. Inter quos LVDOV. CORNARVS (CORNELIVM minus recte dicit auctor) et, quod ob inimicitiam, quam erga collegam exſerere relatus nobis eſt *Carminatus*, miramur, Illuſtr. FRANCKIVS quoque cum multis aliis laudati ſunt, omiſſo, qui inter principes diaeteticos nuperiores referendus eſt, GVIL. STARCKIO, Anglo.

Caput. I. de methodo medendi. Expoſitis, quae vulgo nota ſunt, de indicantibus, indicatione, indicatis, in contraindicantium notione recta verſatur Auct. Ea enim medico inprimis tironi admodum neceſſaria eſſe vere ſtatuitur, cum quae ab imperfecto rerum, quae in aegro aut circa eum contingunt, examine, aut a falſis principiis in medendi arte receptis, aut a iudicii, quo medicus vtitur, defectu deriuanda ſunt, temere, ſaepiusque cum aegri damno, ad morbum referri ſoleant ipſum. In complicatis potiſſimum morbis contraindicantia et prohibentia interdum, non item in ſimplicioribus, occurrere, ardeumque tunc eſſe, quae reuera et abſolute indicent, ſine errandi periculo cognoſcere. — Dein praecipua illa artis praecepta, quae in medendi methodo proponi ſolent, cum medicinam facturis magnam opem praeſtent, expenduntur. Huc pertinet, quod in aegris indicet, ſecundum vel contra naturam eſſe, ac prius ſui conſeruationem, poſterius amotionem perpetuo praecipere: duabus indicationibus praeſentibus, quas ſimul clinicus nequeat explere, aut vitali indicatione cum aliis coniuncta maxime vrgente, ad primariam aut vitalem medici actionem continuo dirigendam eſſe, vbi certa et perſpicua indicatio non ſuppetat, eam ex ſimilium et affinium morborum affectionibus deſumi debere: naturam, quo vergat, eo ducendam: conſeruationem ſimilibus, curationem contrariis abſolui: in magnis et celerrimis paſſionibus continuo et ſemel validiora medicamenta tentanda;

p. 21.

p. 32.

da: idioſyncraſiae rationem in exhibendis vel optime indicatis medicamentis habendam: quoties tutiora remedia haud profuerint, toties dubia etiam experimenta, vbi nullum ex his vitae periculum immineat.

p. 42. Denique agendi ſeque gerendi praecepta adfert, a quolibet medico in quolibet morbo obſeruanda, v. c. non aduolare debere medicum ad pulſum aegroti explorandum: non nimis curioſe in morbum inquirendo ſollicitudinem aegroti augendam et quae ſunt reliqua.

p. 50. *Caput II.* De recto aeris vſu in ſecunda et adverſa valetudine. Mittimus, quae notiſſima ſunt de vario eoque magno aëris in ſanitatem influxu, de maritimi aëris prae terreſtri praeſtantia, vbi HOVSSII experimentorum, huc prae ceteris, ſcientium ne minima iniecta eſt mentio, etc. Aerem lacuſtrem, quem plerique nec ſatis purum et tutum, ac nimis humidum iudicant, ex Celebrate experimentis ſicciorem ſtatuit eo, qui ad lacuum litora reperitur, et ſatis purum quoque, ſi lacuum aquae late pateant, et regularibus ventis crebro exagitentur. Cum ad aëris puritatem ſalubritatemque ſolis aut lucis actio magnopere conferat, diurnum praeſtare nocturno, et meridianum matutino. Hinc qui in tenebris diu verſentur, etiamſi aeris renouationem non omittant, floridum tamen amittere cutis ruborem, macilentam ſenſim faciem induere atque deprauati habitus incommodis mulctari. Aërem puriſſimum, praeſertim in humidioribus terrae locis ſuae integritate, niſi ventis ſubinde concuſſus renouetur, priuari, et nocuum fieri, ex epidemicis quorundam morborum conſtitutionibus, a ſubito ſtagnante aere profectis; ex endemicis aut ſtationariis aegritudinibus, quibus quaedam regiones ex hac potiſſimum cauſſa obnoxiae ſunt; ex Cretinorum denique miſera ſorte patere, cuius morboſi ſtatus *cauſam* in aere calido, in vallibus Sedunorum concluſo, ponendam SAVSSVREVS, *effectum* vero in laeſa fabrica partium, quae

quae cerebrum conſtituunt atque occludunt, con-
ſpici ex diſſectionibus MALACARNEVS didicit. Ru-
ſticanum, montanum et agreſtem, (quomodo hic a
ruſticano differat, haud videmus) vrbano puriorem
quidem, hunc tamen non vniuerſim inſalubrem eſſe,
et pluribus morbis cauſſam praebere. Ventorum p. 59.
quoque rationem habendam, quippe qui validius
tranquillo aëre nos afficiant, et hunc facile vario mo-
do immutent. — Scire refert, in qua aëris tempe-
rie vnius cuiusque valetudo certior eſſe queat. Mo-
nere medicos italos, bene valentibus ibi terrarum in
vniuerſum conducere eam aeris temperiem, quae
+ 11° ſcal. Reaum. non excedat, aegrotis vero eam,
quae aequet + 13° eiusd. ſcalae. Qui domi ſe per-
petuo continere nequeant, curare debere, vt tem-
peries aeris, quem domi inſpirant, eam paulo ſupe-
ret, qua exterior gaudet: in hac tamen re corpo-
ris naturam et regionis ſortem animaduertendam
eſſe. Etenim in Italia non locum habere, quod DV-
PLANILIVS generatim tradat, cutis nempe emana-
tionem non ſupprimi, quando exterior aër eo, qui
intra domum hauriatur, decem gradibus frigidior
ſit: ſed vix ibi tuto in apertum aërem tranſire homi-
nes poſſe, interiore ſex gradibus frigidiorem. —
Pari ſtudio vitandas eſſe reliquas conuerſiones muta-
tionesque non minus periculoſas, quae ob alias quo-
que cauſas a frigore diſtinctas in aëre nos ambiente
antelucanis et veſpertinis maxime horis ac certis an-
ni temporibus accidunt. Quando autem inſolitam
et grauiorem aeris mutationem euitare haud poſſi-
mus, tunc totum ei corpus obiiciendum, aëremque
magna celeritate commutandum eſſe: quoniam poſt
BANCKII et SOLANDRI experimenta et MOSCATVS
ſuo vſu edoctus inuenerit, minus a ſubitaneis maxi-
misque temperiei aeris immutationibus corpus affici,
vbi non in vnam tantum corporis partem, ſed in to-

tam

tam eius ſuperficiem pari vi et modo agere poſſ
(id quod et Ruſſorum exemplum euincit, qui v
porariorum ſuffocante aeſtu ſubito ſeſe in frigid
mam aquam ſine vllo ſanitatis detrimento praec
p. 66. tare ſolent). Quando impurum et noxium aere
haud poſſimus cum integro et ſalubri commutar
tum nos vel corrigere eum, vel ab eius iniuriis nosm
tueri debere: illud variis phyſicorum artibus, hoc
non naturalibus rebus ita vſurpatis effici poſſe, v
noxii aëris effectus emendentur. Agit igitur Cl
Auct. de optima aedificiorum expoſitione et conſtru
tione, vti et de prudenti veſtium vſu. Has nec leno
res nec grauiores eſſe debere, quam anni tempus, regi
nis natura, ſexus, aetas, conſuetudo poſtulent, quae fr
goris aut caloris, corpus aut nimium, aut ſubito af
cientis, iniurias arceant, humidi quoque aeris acti
ni aduerſentur, cutis exhalationem conſeruent, et
motus libertatem facilitatemque tueantur. Hu
mida indumenta et calceamenta eo promptius muta
da eſſe, quo pauciore humore conſperſa appareant.
FRANKLINIVM enim iteratis experimentis euicit,
veſtes, niſi protinus deponantur, grauius nocere le
vi humore adſperſas, quam ſi maximo imbre mad
ant. Aeſtate et maxime in calidis regionibus lana
expedire veſtes, ac contra hyeme frigidoque ſub cae
lo ſtrictius corpori adiacentes. Vitandas eſſe illas,
quae artus, et praeſertim abdomen moleſtis
comprimant. Cum vero interdum veſtes con
tra ſubitas aëris viciſſitudines nullum offerant praeſi
dium, et neceſſitate coacti regulas diaeteticas negli
re debeamus, ſanitati optime proſpiciemus noſtrae,
ſi corpus eiusmodi iniuriis aeris adſuefaciamus, ide
p. 73. que ſenſim ſenſimque. Aegrotis, acuto morbo de
tentis, temperandus eſt aer, quotiescumque vel ſen
ſuum teſtimonio, vel adhibito etiam thermometro
illius calor auctus apparuerit. Si ad frigus diſcutien
dum

um igne opus eſt, ille debet nunquam eſſe valde culentus, ne plus iuſto caloris effundat, nec ni- a luce cubantis oculos perſtringat, viresque ma- is laedat, nec denique plus aëris vitalis e circum- ſo aëre atmoſphaerico abſumat. Quando ſubca- do eoque humido aëre opus eſt, vt contracta vaſa rentur, et inſpiſſati nimis humores diluti ac reſo- ti minora quoque vaſcula queant permeare, vaſa agnae ſuperficiei feruente aqua in cubiculum pone- e, eaque ſubinde renouare expedit, aut pauimento ndem aquum adſpergere, ſtirpes aqueis particulis undantes aperto vaſe decoquere, fornaci pannicu- os madefactos appendere etc. Nimis humidum erem ſuffimentis ad ſiccitatem perducere qui cupi- nt, ii eundem vere humidiorem reddunt. Reno- andum vero inprimis eſſe aerem, in quo quis acu- morbo decumbit, quoniam hic aerem magis cor- umpit, quam ſanus homo. Quo quidem conſilio exterior aër libere admitti in conclaue tuto haud oſſit, Suttoni artificio hanc aeris renouationem raeſtandam eſſe, aut acetum ignitis ferramentis aut um ſic phlogiſton magna in copia euoluatur, potius apidibus inſpergendum, aut virentes ramos, aquae mpoſitos, in aegroti cubiculo collocandos. Acetum, uod et graues, qui prope aegrum percipiuntur, odores emendat, nec cum fragrantibus odoriſſimis- ue corporibus commixtum, ſupra prunas euapo- andum, quoniam ſic aegrotos quosdam male afficit, ec aquis ſtillatitiis odoratis commiſcendum, vt in remedio antimephitico IANINI. Floribus aërem non odo emendari, ſed corrumpi potius. Denique et meminit rationis illius, qua e nitro liquefacto, aut e magneſio candente etc. aer dephlogiſticatus ſ oxyge- ium euolui, atque in aegri cubiculum admitti pot- eſt. Sed cum et ſumptuoſa ſit, et ab aegrotis facile deſpiciatur, ſuadit Cel. *C.* vt aqua calcis recens pa-

rata in amplis vaſis in aegri cubiculo reponatur, ſa-
p. 85. piusque renouetur. Vitali aeri puro et integro pe-
monibus applicito haud fauet Auct. ſed, FOURCROYO
(Forcroeum vocat) putat, eum partim ſtimulo ſo
partim noua caloris materie ſanguini affuſa bronchi
irritare, ſpiritum accelerare, aeſtum augere, et co
dis arteriarumque motus ſollicitare. Igitur in phthi
(phthyſin ſcribit auct.) nec tuberculoſa, nec vlcero
ſa, quam, vt bis obſeruauit, inflammationis ſympto-
matibus accerſitis non parum exaſperat; in aſthma-
te, affinibusque affectibus ſpaſticis, quibus ter offi
cere vidit, quamquam initio ſalutis ſpes adfuerat; a
chronicis denique morbis, quos febris haud leu
comitatur, ab hoc auxilio abſtinendum: contra ea
excitandis hominibus, mephite ſuffocatis; in ſuble-
vandis iis, quorum laxi et ſeroſa mucidaque colluu
infarcti pulmones anhelitui et aſthmati obnoxii ſun
magna vtilitate eſſe, ipſum propria edocuit expe-
rientia. Praeterea Cl. FOURCROYO ſubſcribit, con-
tendenti, aerem dephlogiſticatum etiam contra ſcro-
phulas, chloroſin, obſtructiones imi ventris, rhe-
chitidem incipientem, paſſionem hypochondriacam
et ſpiritus difficultatem cum virium languore co-
iunctam cum vtilitate adhiberi poſſe. Caeterum va-
riae rationes adferuntur, quae aerem cubiculorum
quibus aegroti detinentur, corrumpere poſſunt. Cu-
biculum amplum lucidumque ſit; cubile puluina-
bus ex crinibus paleisque inſtructum, latumque; ſtra-
gulae nec nimis graues, nec iuſto leuiores; quibus
aegrotus ſuo gaudeat lecto. Praeterea alia hic occur-
runt praecepta, quae aeris aegrotos ambientis puri-
tem conſeruandam ſpectant. Denique obſeruat etiam
Auct. quod iis, qui e morbo conualeſcunt, in aeris
vſu curandum ſit.

p. 94. *Caput III.* De alimentis generatim. Priusquam
ad alimenta, quae ſanis aegrotisque conueniant, ve-
nitur

tur, praemittuntur quaedam de alimentis in vniuersum, eorum scilicet notione, praeparatione et digestione in corpore animali, diuisione in εὐπεπτα, δυσπεπτα, πολυχυλα, ὀλιγοχυλα, et denique εὐχυλα atque κακοχυμα (quas diuisiones recte hodie neglegi statuit, quoniam omnes fere pendeant ab ordinorum digerentium qualitate: quam ob rem in esculenta et potulenta (*poculenta* Auct. scribit), et rursus in animalia et vegetabilia potius diuiditur tota esculentorum classis), vero nutritio principio, quod in glutine ponitur, e victu animali facile separando. Eidem glutinosum principum, quod vegetabilibus inesse multi opinati sunt, cum BECCARII, MARGGRAAFII (ita scribendum) et MARABELLII experimentis etiam vegetabilibus competat, inde deducit auctor, vegetabilia ab animalibus, quod ad materiem nutricantem spectat, plane non differre. Quae sententia inde confirmatur magis, quod BERTHOLLETUS reperit vegetabilia praeter carbonium et hydrogenium etiam azotim s. basin ammoniaci et acidi nitrosi continere, et FOURCROY albumen, quod olim a vegetabilibus penitus abesse credebatur, etiam ex omnibus vegetabilibus adhuc viridibus et acido spoliatis eduxit, ostenditque praeterea inter olea vegetabilia et adipem aut oleum animale, inter emulsiones et lac, inter insipidos viscosos succos, quos mucilagines dicunt, et concreta animalia, quae gelatinas appellant, inter saccharum denique, quod e vegetabilibus educitur, atque illud, quod ex lacte paratur, maximam intercedere similitudinem. Quomodo vero haec materies vegetabilis originis in animalem conuertatur, certo definire, et quid sit illud, quod proprie hominem alat, determinare aut rationem certam et perspicuam assequi, qua alimentum ipsum in totidem abeat partes, quot in humano corpore qualitatibus et vsibus dissimiles existunt, id ab intelligentia nostra remotum esse. In tantis, quod ad p. 108.

prius attinet, tenebris iuuare cum LORRYO animadue-
tere, humores, qui in circuitum agantur et com-
munem conſtituant maſſam, manifeſto diſtingui
aquam, lympham, ſerum, chylum ſ. potius hu-
partem nondum aſſimilatam, atque in rubram ſa-
guinis partem; chyli portionem nutritioni dicatam
vaſorum vim paſſam, aliquot poſt horas in glu-
conuerti, atque eiusmodi gluten natura et propri-
tatibus ad ſolidas corporis partes quam proxime ac-
cedere, fluidis etiam admiſceri et continuo ad puti-
dam degenerationem tendere; hoc, quod e glute-
proniorem ad putreſcendum indolem adeptum ſit, ſo-
cedere, et aquae admixtum ſerum conſtituere; ole-
ſum, quod ex eodem glutine ob alias forte cauſ-
ſeparetur, cum inflammabili in rubros ſanguinis glo-
bulos mutari; denique nutrientes particulas ſpeci-
et qualitate inuicem differre, varia inter ſe affinita-
donari ac diſſimili etiam modo et proportione co-
iungi, tum concreſcibilem lympham ſ. gluten, vari-
attenuationis et condenſationis gradibus continu-
obnoxium, diuerſimode immutari, atque in ea pri-
cipia, chemicis operationibus exploratum, reſolu-
quae a ſolidis fluidisque humani corporis partibus ab-
ci ſolent, ſcilicet in aeris diuerſas ſpecies, aquam, a-
cali volatile, oleum et terram, atque vltima reſolu-
p. 111. tione in carbonium, hydrogenium et azotum. Alte-
terum, nempe abſolute decernere, quid ſit illud, quo
in vniuerſum materiam nutriciam proprie conſtituat
ſeu quid e vegetabilibus, in alimentum cadentibus,
viribus humani corporis educatur aptum nutritio-
longe difficilius eſſe ad eruendum. CVLLENI ſen-
tentia, qua animalis materies ex acido, ſaccharo a-
que oleo componitur, ab Auct. non admittitur, quo-
niam acidum, quod quidem alibilis ſucci conpoſiti-
nem ingrediatur, per ſe tamen, quando nempe ſim-
plex ſit acidum, aut potius apta ad nutriendum ha-

careat, nutritionem efficere haud poſſit. Saccharum quoque per ſe non nutrire, ab omnibus oleoſis et mucilagineis particulis deſtitutum. Nec poſſe inde eius facultatem nutriendi deduci, quod aut vrina diabeticorum cum ſummo nutritionis et virium detrimento dulcem habeat ſaporem et ignis ope ſaccharum ſuppeditet, aut ea, e quibus ſaccharum euoluitur, corpora nutritioni inſeruiant. Nam in his corporibus, *oxydem* vegetabilem, duplicem baſin habentem, reperiri, *hydrogenium* ſcilicet atque *carbonium*, quae, quocunque demum modo cum certa oxygenii copia intime coniungatur, in ſaccharum abeat; e quo *gas carbonicum* et acidum *pyromucoſum*, ex aqua maxime et exigua copia olei leuiter *oxygenati* conſtans, educi queat. Oleum denique vegetabile tunc demum nutrire, quando cum aqueis humani corporis humoribus facile atque integrum commiſceri poſſit. Porro p. 120. reperiri praeter has acidi vegetabilis, ſacchari atque olei partes alias oxydis ſpecies cum in animali, tum in vegetabili regno, nutritioni aptas, quas ſuis baſibus donatas amylum, gummi, albumen et gluten vulgo nominamus. Cum hae alibilis materiae ſpecies tantam oxygenii copiam, vt ne inde acidae fiant, abſorbendo in gelatinam abeant illi perſimilem, quae e iam formatis animalium partibus educitur, videri hinc effici, commune alimentum ex iis componi. Neque vero putandum eſſe, in hac hypotheſi aſſumenda tot eſſe alibilis materiae genera, quot ſint oxydes, ad eam efformandam aptae: nam illas, ne oleo quidem excepto, ſpecie diſtinctas, non genere, eſſe, cum quaelibet conſtet carbonio et hydrogenio, et in primo, vt dicunt, gradu oxygenium habeat. — Signa facilis aut difficilis ciborum concoctionis. — Quamquam ſaepius dixit Cl. Auct. opportunam nutriendo corpori humano materiem in vegetabilium alimentorum partibus quaerendam eſſe, tamen non reiicit omnem

victum animalem, ſed et vegetabilium et animalium partium coniunctionem ſanitati conſeruandae omnium optime conuenire ſtatuit.

p. 129. *Caput IV.* De eſculentis vegetabilibus ſpeciatim. A *cerealibus* initio facto diſquiritur, a quonam principio haec nutriendi facultatem nanciſcantur. Reiectis omnibus hac de re opinionibus in oxydibus plus minusue in cerealium farinis euolutis, haec nutritia materia reperitur, atque a diuerſa cuiusque oxydis copia et proportione diſcrimina repetuntur quae in cerealium ſeminibus, quod nutriendi facultatem attinet, exiſtunt. — *Oryzae ſatiuae* ſemina gluma priuata, magnopere laudantur cocta, quoniam valde nutriant, grate ſapiant, facile concoquantur, et tardius aceſcendo omni noxa careant. Panem vero ex oryza inſalubrem eſſe et difficilis coctionis quia ſubacta farina, etiam triticeae admixta, vel humido adiecto fermento, vix intus ſe euoluenti aeri cedit, atque in clibano probe cocta aegre reſoluitur. — *Polygonum fagopyrum* praebere farinam, quae ſola aegre fermentet ſubacta (plane contrarium ſtatuit Eruditus HAHNEMANN ad CYLLENIVM), atque etiam, ſi rite coquatur, panem largiatur non facile ſolubilem, gra-

p. 139. vèm et aliqua reprimendi qualitate donatum. — *Zea mays*, ineunte ſeculo XVI. in Europam allata, ac per vniuerſam Inſubriam iamdiu copioſe exculta ac laete creſcens, ſemina offert inodora, quorum farina egregie nutriat viresque valde inſtauret. Id luculenter oſtendere illos homines, qui corporibus firmiſſimis e montibus hyeme in Ticinenſem veniunt agrum, vt ligna ſerra diuidant, quique per quinque integros menſes, quibus huic operi incumbunt, vno pulmento ex hac farina cum aqua et ſale confecto viuant. (Eodem plane victu cum ſanitate firma vti ſolent Valaichi.) Partes conſtituentes, quae in Zea nuper experimentis repertae fuerint, eſſe partem glutinoſam, quae

quae quamquam animali naturae minus propinqua ſit illa, quam triticum exhibeat, tamen in zea eſſe eam vberiorem. Cl. Auct. elaſticitatis defectum in cauſa illius diſtantiae ab animali natura ponit, putatque vel farinae praeparatione, vel ipſo digeſtionis opere aerem fixum aut e proxime adiacentibus partibus, aut e primis viis abreptu hanc elaſticitatem illi e Zea glutini conciliare poſſe. Praeter gluten vero nutritiae materiae multum latere in ſaccharo, abunde e Zea educendo. Hinc patere Zeam cum in polenta, tum in pane victum ſalubrem offerre, et quae pani, e ſecalis, aut milii, aut vtriusque farina cum Zeae mixta confecto, vitia obiici ſoleant, ea ab eodem male nec rite confecto, aut vetuſto, acido, aut furfuraceo rectius deduci. — Secali cornuto nocentem tribuit qualitatem *C.* — De *Sagu* ſ. farina palmae farinariae Rumphii: de radice *orchidis maſculae*, vulgo *Salap.*; de *ſolano tuberoſo*, cuius cultura ſtudio maxime ſocietatis reg. Mediolanenſis recens in Italia commendata; de nucibus *fagi caſtaneae*, quae aqua coctae, aut ſub cineribus aliisue modis vſtulatae inflant quidem, ſed citius ſoluntur, clibani autem calore coctae aut exſiccatae ſtomachum onerant, tardiusque tranſeunt, in panis autem formam redactae difficilis adeo concoctionis ſunt, vt haud impune ſumi queant. — Stirpium, quae *papilionaceae* aut *leguminoſae* dicuntur, ſemina difficilius quidem concoqui cerealibus, atque ob copioſum, quem ingeſta euoluant, aërem non omnibus conuenire, abunde tamen nutrire, et vbi perfecte digerantur, cerealibus ipſis valentius cibi genus ſuppeditare. Panem e ſolis leguminibus confectum, vtpote ingratum, durum, nec omnino ſolubilem, ſtomacho admodum grauem, iure a ruſticis reſpui. Huc referuntur Piſi ſatiui, Viciae fabae, et ſatiuae, p. 150.

Phaſeoli vulgaris, Erui lentis, Ciceris arietini, Lupi-
p. 153. ni albi ſemina. — *Olera*, quae plerumque coct
quaedam cruda in acetariis adhibeantur, parum in
continere nutritiae materiei, quamque poſſideant
eam eiusmodi eſſe, vt validum nutrimentum haud
praebeat. Etſi enim alibilis ſuccus ex iisdem coaleſca
oxydibus, e quibus alibi dixit *C.* gummi, amylum et ſac
charum formari, tamen eum tantam vna vehere copiam
cum aquae, tum aeris, tum partium ſaponacearum, ali-
rumque quibus alendi nulla vis ſit, vt parce reficiat, re-
laxet, humores diluat ac cito e corpore elabatur. Prae-
terea aliis adhuc qualitatibus inuicem differunt, quae
noſſe medicum refert. Nam etſi tutiſſima olera in uni-
verſum cenſentur, tamen perinde non: eſſe vtrum quae
ſtomacho et nutritioni idonea aſſumat, an parum vtilia
aut etiam aliena. Cum denique varia olera, eorum-
que maxime radices cum aliis ſtirpium, quae virus
habent, foliis radicibusque magnam ſimilitudinem
alant, curandum ſedulo eſſe, ne inuicem permuten-
p. 160. tur. — Inter *fructus* eſculentos magna diuerſitas
exiſtit, prout vel aeſtate, vel proiecto auctumno ma-
tureſcunt. In aliis enim gummi, in quibusdam ole-
um, in nonnullis ſaccharum abundare. Alios conti-
nere tantam oxygenii copiam, vt acidum ſaporem nun-
quam deponant; in aliis ea proportione cum aliis
principiis illud reſidere, vt neſcias, vtrum acidi ma-
gis, an dulces ſint fructus: in aliis tam parcam ineſſe
copiam, vt, quemadmodum in fructibus oleoſis, plane
nullum continere videantur. In vniuerſum tamen
affirmare licet, fructus optimi ſucci alimentum prae-
bere, admodum ſolubile, cito reficiens, ſtomacho
amicum, quod aeſtum corporis nimium prohibeat
temperetque, ſtimulo ſuo actionem ventriculi inten-
dat, humores ſpiſſos diluat, bilis vim nimiam retun-
dat, ac nimis ſpiſſam tenuet et quae ſunt reliqua. In
fructuum diuiſione PLENCKIVM ſequitur Auct. —

Caete-

Caeterum expoſitis, quae huc pertinent, de *fungis* p. 167.
edulibus agit, quos in vniuerſum aegre reſolui atque concoqui proindeque firmo indigere ventriculo ſtatuit, cuius potentia, quo plurimum fieri poteſt, reſoluantur: tumque ipſos, quo magis concoquantur, eo melius et plenius quoque alere. Anceps alimenti genus eſſe, quod neque edules fungi omni ſemper metu careant, neque praeparatione vlla innocui fiant, neque inutiles et venenati certis quibusdam notis diſcerni ab vtilibus ac inſontibus poſſint. Quid ſit, quod fungis virus inferat, adhuc latere. Experimenta eo conſilio, auctore BURSERIO, cum canibus felibusque inſtituta ab Exper. *C.* alio tempore et loco enarraturus eſt. Edules apud Italos fungos eſſe *Agaricum* campeſtrem, delicioſum, cantarellum, et lachifluum, *Clauariam* coralloidem, *Phallum* eſculentum, et *Lycoperdonem* tuberem. Remedia contra venenatos effectus fungorum exhibenda.

Caput V. de eſculentis animalibus. Ea faci- p. 173.
lius, quam vegetabilia, digeri, ſanguinis ac praeſertim rubri copiam intendere, vim irritabilitatis augere. A *lacte* initium recenſionis fit, quod, e quocunque animantis genere deſumatur, egregie nutriat, demulceat et laxet. Cum vero in nutritionis gradu diuerſitas quaedam inter varias lactis ſpecies obtineat, eae, quae inprimis in vſum cedere ſolent, ab Auct. adferuntur, humanum, aſininum, equinum, vaccinum, caprillum, atque cuiusque virtus propria exponitur. Caprillo v.c. tribui quidem ob adſtringentes, quibus haec animalia veſcantur, ſtirpes roborandi et adſtringendi facultatem, ſed falſo, vti quidem experimenta Auctoris cum hoc lacte inſtituta, docuerunt. Vaccinum lac pinguius caprillo eſſe, inde a GALENO ſtatutum, a nuperis vero obſeruatoribus Hibernis et Scotis negatum: in Inſubria tamen GALENI ſententiam veram Cl. *C.* reperit. Idem contra RVTTYVM in lacte

vaccino triplo maiorem cremoris copiam deprehe-
dit, quam in caprillo. Lactis cremorem inuolucra
pingue aç valde nutriens ſuppeditare alimentum:
vbi vero acorem leuiter conceperit, inſuetum e
Italis cibum, cum et ſapore ingratus appareat,
ventriculo officiat: lac inſpiſſatum, aeſtate in lo
vſitatiſſimum, neque aegre concoqui, neque medio-
criter alere: butyrum recens, non ſalitum, facil
eſſe concoctionis, obuoluere et valide ac tuto nutri-
re: caſeum denique vaccinum reliquis magis nutrire
ſalubriorem et ouillo concoctu faciliorem eſſe; in-
primis has laudes cadere in eum, qui in Laudens
prouincia paretur, atque nomine Parmenſis caſei ex-
teris cognitus ſit, quod olim Parmenſes paruo pre-
tio Laude Pompeia hos caſeos ceemere atque exteris
maiori vendere conſueuerant. Quae enim ad eius
vſum in ſanorum victu criminandum a quibusdam in
medium prolata fuerint, ea aut ab eiusmodi caſei
abuſu, aut a praua eiusdem qualitate ſolum repetenda eſſe.

Oua feminae Phaſiani galli noſtratis probatiſſimi
et vſitatiora eſſe iis, quae Meleagridis Gallopauonis e
Anatis anſeris domeſtici feminae praebent, quamquam
nec haec difficilis digeſtionis, nec ingrati ſaporis, nec
mali ſucci ſint iudicanda. Tunc enim ingrata et parum
ſalubria euadere, quando ex male paſta aue defuman-
tur: idem quoque ouis gallinae domeſticae accidere,
cum bombycis chryſalidibus, clibani vim paſſis diu re-
ſtitauerit. Crebrum ouorum eſum ad plethoram
diſponere corpus: non in chylum et ſanguinem ſine
vlla mutatione, quod CVLLENIVS defendit, tranſire,
ſed liquidum adhuc albumen in ventriculo coagulari,
ac, vbi in chylum abeat, rurſus diſſolui, propria
obſeruationibus ſuffultus Auct. contendit. Quae ad
duritiem elixa ſint, in calidis cineribus aſſata, frixa
aut quouis modo indurata, butyro vel oleo valde
condita

condita, ea aegre concoqui, tarde deſcendere, craſſum et prauum generare ſuccum. Vitellum oui diu ſubactum, adiecto dein ſaccharo et coffeae infuſo, nutrire, excitare, perſpirationem augere, atque demulcere: eundem cum ſaccharo et vino coctum nutriendi, calefaciendi et ſudorem pellendi facultate gaudere.

Carnes eorum tantum mammalium, auium, pi- p. 181.
ſcium, amphibiorum, inſectorum et vermium pertractat, e quibus ſanorum, aegrorumue cibos deſumimus, et qui, praeter gratiam ſaporis, digeſtionis modo et nutritii ſucci proprietatibus ventriculo et nutritioni conueniant. — Gratum ſaporem et concoctionis facilitatem pendere a generis diuerſitate, ab aetate, habitu et conditione, a pabulo, coelo, et mortis genere, tempore, denique a praeparatione ipſa pendere. In haec igitur poſtquam ſummatim atque in vniuerſum inquiſiuit A. ad conſiderationem mammalium terreſtrium progreditur. Ad cicura animalia, quae nobis in vſum cedunt, pertinent bos taurus, ouis aries, capra hircus, et ſus ſcrofa. — In determinandis qualitatibus variarum partium tum bouis, tum vituli cibo vſitatis ab opinione recedit A. quam aliarum nationum ſcriptores diaetetici de illarum ſalubritate fouent. Linguam optimum eſſe cibum; cerebrum rite frixum delicatum et egregie nutriens, nec ſtomacho graue eſſe; hepar rite coctum aut aſſatum, non parum ſapere, ſine difficultate, quod inprimis in vitulinum cadit, concoqui et valde nutrire; pulmones apte coctos, conciſos et frixos bene, quamuis minus, quam carnes, alere, nec, ſi e vitulis deſumantur, ventriculo aegrorum graues eſſe; cor et renes, quanquam coctione haud ſatis molleſcant, tamen a vulgo ſine vlla ventriculi moleſtia confici; lienem nec ſapore, nec nutrimenti copia, nec digeſtionis facilitate ſeſe commendare; ventriculum denique diſſe-

diſſectum opportuna coctura et apto condimento eam mollitiem ſaporisque gratiam acquirere, quae illum commodum nec difficulter ſoluendum edulium efficiat. — Suillam carnem in genere haud aegre diſſolui et copioſam nutritionem adferre: iis tantum, quibus pinguis haud conducant, grauem victum exhibere; porro tum demum inſalubrem, cum animal immundis, corruptisque rebus victitauerit; ſenibus denique, debilibus et ventriculo languidis, ſedentariis vel acrimoniam laborantibus nocere propterea, quod cutis inſenſibilem perſpirationem imminuat. Hanc carnem differre, prout eadem aut a ſue mare, aut ab eodem caſtrato, aut a femina, aut ab eius catulo deſumatur. Praeparationis quoque modum multum valere ad hanc carnem aut facile, aut difficulter ſubigendam. —

Inter feras primo loco de apro ſylueſtri agit, cuius carnem multum a ſuilla diſcedere adfirmat, quippe quae tenera, nec viſcida, corruptioni tardius obnoxia, ſalubris et ſanis hominibus apta ſit. Praeterea de ceruo capreolo et elephante, lepore timido et cuniculo, fele cato, erinaceo europaeo, vrſo melete, mure porcello, ſciuro glire, et vulgari, cane vulpe, capra rupicapra, et vrſo arcto agit.

De phocis, trichecis, balaenis, delphiniis, aliisque agere omittit, cum ad Italos neque aduehantur, neque facilis coctionis et ſalutaris alimenti ſint.

p. 195. Auium carnes earum, quae granis aut baccis victitent, optimi ſucci eſſe et facilis concoctionis; quae inſectis veſcantur, minus teneras eſſe et ſapore paulo acri donari facileque putreſcere; quae rapaces, vel ex aliis auibus, vel ex animalium reliquiis eſcam ſibi comparent, magna ex parte ſuccum aegre ſoluendum et inſalubrem habere, nec odore et ſapore probari; quae piſcibus viuant, ob duritiem difficulter concoqui, piſces ſapere et rancidulas eſſe. Quo magis albicent carnes, eo meliores eſſe et facilius

ſolui:

ſolui: aues in cohortibus enutritas plus reficere iis, quae huc illuc vagando pabulum quaerant. Mammalibus in vniuerſum minus nutrire, ſed faciliori coctione et guſtus ſuauitate iisdem antecellere. Inter *accipitres* falconis, ſtrigis et lanii genera varias offerunt ſpecies, quae ſine vllo ſanitatis detrimento comedi poſſunt, vti nuperae VINC. ROSAE obſeruationes docuerunt. Falconis quidem ſpecies vulgatiores adfert has, melanaeti, pygargi, milui, gyrfalconis, buteonis, plumbarii, niſi et tinniculi; ſtrigis ſpecies, paſſerina, ſcops, vlula et aluco, ſine damno commeſtae ſunt: lanii, collurio et excubitor, carnes praebent, quae facilius carnibus reliquarum accipitrum concoquuntur, quin et quibusdam gratae videntur. *Picae* plerasque ſalubres plane, imo quasdam concoctu faciles et grati ſaporis exiſtimat Italiae vulgus. Ob duritiem ſtomacho officere nec guſtui arridere picum viridem, martium et maiorem, Alcedinem ſpidam et Vpupam epopa. *Anſeres* vſitatiſſimas eſſe. Cygni carnes non eſſe ob tenacem ſuccum, fibrarumque duritiem concoctu difficiles, ſed pelle detracta rite coctas ſapidiores eſſe carne anſerina, ceteroquin huic ſimillimas. Anatis ſpecies, quae anſer et moſchata dicuntur, nec inſalubris ſucci, nec difficilis digeſtionis eſſe, contra plerosque diaetetices ſcriptores adfirmat. Raro quidem edi anatem acutam, penelopen, clangulam, circiam, clipeatam et fuligulam, nec tamen id fieri ob earum malum odorem ſaporemque, aut ob moleſtiam ventriculo inde enaſcentem, cum hic, modo ſanus validusque ſit, earum carnes ſine incommodis reſoluat, ac haerite praeparatae haud male ſapiant. Mittimus, quae e *gallarum* et *paſſerum* ordine adferuntur aues, cum nihil fere inde peti poſſit, quod a ſententia vulgari aliorum diaeteticorum receſſerit.

In *piſcibus* plura deprehendi, quae diſcrimen p. 205.
conſtituant ſaporis, digeſtionis, nutrititiaeque facultatis,

tatis, quae praeſertim a loco, pabulo, aetate et praeg-
randi ratione pendeant. Fluuiatiles piſces eo ſapidiores
ac ſalubriores eſſe, quo celerius aquae moueantur; lacu-
ſtres contra ea fluuiatilibus ſapore ac ſalubritate tantum
modo tunc vix cedere, cum lacus maiores ſint atque ſae-
pe ventis validiſſime agitentur. Cum enim lacus lenti-
ſime moueantur, piſces, qui tum in coenoſis, limo
obſitis et ſtagnantibus aquis degant, ingratum ſapo-
rem, laxam compagem, ac mucidum et parum ſalu-
bre alimentum offerre, nec ſtomacho idoneos eſſe.
Porro eos piſces et amphibia, quae e mari in maio-
res fluuios recedentia diu ibi commorentur, magis
delicatum, facilius ſoluendum, ac mitioris indolis
cibum largiri. Fluuiatiles piſces, prope vrbes, quae
flumina aut lacus alluunt, captos, pinguiores eſſe.
Inter maritimos edules piſces plerumque eos, qui
in locis rupibus plenis alimentum ſibi quaerunt, ſa-
lubriores eſſe iis, qui in maris fundo morantur aut
in litoribus degunt. Quae quidem diſcrimina, cum
tamen haud ita conſtantia ac perpetua deprehendan-
tur, vt omni exceptione maiora ſint, A. negligit ae-
que ac ea, quae ex aetate et colore deriuantur. GRE-
GORII enim, quae colorem piſcium ſpectat, regu-
lam in piſcibus tum fluminum, tum lacuum Inſu-
briae haud paucis exceptionibus obnoxiam eſſe. Quam
CVLLENIVS nuper de piſcium vi nutriente inſtauratae
controuerſiam, eam ita dirimit A. vt mediam quodam-
modo viam ingrediatur, atque contendat, non omnes
piſces eſſe mediae, quae dicitur, materiae, ſed inter
ipſos quaedam genera exiſtere, quae valentis natu-
rae cibum largiantur. Quam ob rem, deficiente gene-
rali de piſcium nutritia facultate et ſalubritate prae-
cepto, ſatius eſſe duxit A. ſingulas piſcium ſpecies,
in vſum Italis cedentes, ita rimari, vt cuiusque nu-
trientes qualitates certius innoteſcant. *Salmonis* ſpe-
cies varias, truttam, thymallum, carpionem et
vmblam;

nblam; *Percam* fluuiatilem; *Eſocem* lucium; *Cy-*
inos plures, carpionem, trincam, barbum (nam idum,
mmillarem, orphum, vimbam, rutilum, grisla-
ne, alburnum, leuciſcum, phoxinum, aphyam
osque, quamuis et ii ſalubris ſucci et facilis dige-
onis ſint, tamen aut ob ſpinarum multitudinem
t ob minus gratum ſaporem haud magni fieri);
upeam agonen; *Cobitem* barbatulam; *Cottum* go-
onem; *Muraenam* anguillam, quae iis tantum no-
at, qui oleoſa haud ferre atque conficere poſſint,
t e ſtagnantibus limoque obſitis aquis eductam ni-
isque craſſam aſſumant; *Gadum* denique lotam, in
uras piſcinas deportatam, gratum, haud difficulter
oncoquendum et nutrientem praebere cibum. Inter
aritimos eos tantummodo attingit A. qui vel recen- p. 212.
s, ſaliti, vel alia quacunque ratione praeparati ac con-
ti ad Italos aduehuntur. Commemorat vero *labri*
peciem, branzino vulgo dictam, *Scombrum* thynnum
t ſcombrum; *Pleuronectem* rhombum et ſoleam; *Mul-*
um Surmuletum et barbatum; *Gadum* naſellum;
Xiphiam gladium; *Triglam* hirundinem et cuculum;
Leum fabrum; *Clupeam* ſprattum, et tenuiſſimum
lud piſcis genus, quod veteribus aphya vel apua
icebatur.

Inter piſces, qui exſiccati aut fumati aut ſaliti
octiue et aceto alioue embammate conditi Ticini
omeduntur, *Clupea* ſprattus, aloſa, encraſicolus
t harengus; *Muraena* helena, quae palato potius,
uam ventriculo idonea cenſetur; *Salmo* ſalar; *Ga-*
dus morhua et merluccius adferuntur.

Acipenſer ſturio, praecipue is, quem in Pado,
ua parte Inſubriam alluit, et Ticinum atque Abduam
ecipit, piſcantur, inter delicatulas iam olim recep-
us dapes; *Raja* et *Squalus* ſapidas parum, et aegre
digerendas carnes offerunt. Poſteriore virtute quo-
que inſignis deprehenditur *Petromyzon* fluuiatilis;

contra

contra ea branchialis, vbi in lacte vitam amisit, pr- be frixus plerisque in deliciis quidem esse solet, o tenacem tamen naturam vix sine molestia concoqui- Inter *amphibia* testudinem atque ranam; inter *insec* cancri species, astacus et gammarus dicta; inter *vermes* denique Helicem pomatiam, mytilum edulem, ostream edulem et sepiae species, saepiolam et lol- ginem, adfert A. quae in cibos cedere soleant. (M rati sumus, quod, dum de ostrea et mytilo edulib sermo incidit, Cl. *C.* sententiam nonnullorum, a ostrea oua excludente, et mytilo, cum e morbo v nenatus existit, abstinere iubentium, commemora adserit, nullum inter ea, quae sub aquis degant, e esculenta sint animalia, occurrere, quod vere ven- natum esse certis sit rationibus probatum. De ou enim Cyprini barbi venenatis plane dubitat, quam- quam ipsi nulla suppetit obseruatio, qua ab omni ve- neni metu eorum esum absoluere potest.)

p. 221. *Coput IV.* de ciborum praeparationibus et condi- mentis. Inter praeparationis ciborum formas refer- tur *maceratio*, qua vegetabilia amaritiem, vel alia ingratam saporis odorisue qualitatem exuunt, erisq- cata et mollitiem, et virorem quodammodo recupe- rant, carnes autem nimis durae mollescunt, aut qua- litates noxias amittunt; *coctio*, qua omnia vegeta- bilia, et, si vnum exceperis ostream, animalia quo- que maiorem saporis gratiam, masticationis et solu- tionis facilitatem acquirunt. Coctionis varii sunt mo- di. Esculenta enim vel igni proxime et quodammo- do immediate admouentur, vel eidem ollis aliisq- vasibus indita, aut per se, aut cum aliquo humore exponuntur. De *iuribus* quoque vsitatioribus, e carn- bubula, vitulina, gallinacea, e ranis, cochleis, li- macibus, lumbricis, testudinibus, cancris, piscibus, et colubris vulgaribus paratis. Quae quidem, si tres priores species exceperis, cum in medicos potiss- mum

num vſus cedant, cuiuslibet virtutes accuratius expo-
nuntur. Iura v. c. e teſtudine orbiculari confecta, ae-
ſtum moderari, et reuera refrigerare dicuntur quidem,
ſed reluctante Cl. Auctore, cum factis periculis didice-
rit, eadem, antequam corrumpantur, non aceſcere,
vt ius vitulinum aut bubulum ſolet. E iure cancro-
rum fluuiatilium alcali volatile facili negotio ac breui
tempore euolui, nec idem ante putrefactionem ace-
ſcere, et gelatinoſis partibus a iure cum Cyprini
barbi, tum ranae eſculentae ſuperari vidit A. Vn-
de recte concludere videtur Cl. A. iura cancrorum
conducere, vbi acrimonia acida primis inhaeret viis,
et nutritione parca opus eſt. Contra CVLLENIVM,
qui hic, vt alibi, in rebus ad diaeteticen et medica-
mentorum apparatum pertinentibus dictatorem ſe ni-
mium gerit, adſeritur, iura viperarum ſtimulando,
calefaciendo, diſcutiendo atque ſimul copioſe nutri-
endo non modo alimentum adferre, ſed non ſper-
nendum quoque nec propriis viribus deſtitutum me-
dicamentum, in chronicis lentisque morbis vtile ex-
hibere. *Gelatinae*, quae ſi aqua haud dilutae offerun-
tur, ventriculum parum validum onerant, humores ni-
mium inſpiſſant, nimioque glutine inquinant, aut e cor-
nu cerui, ebore, ichthyocolla, et viperis, aut e vegeta-
bilibus parari ſolent. — Inter *condimenta* ciborum p. 239.
ſal culinare primum obtinet locum, cum natura ipſa
quemlibet quodammodo ad illud, cibis adſpergen-
dum, inſtinctu quaſi quodam impulerit. Non ſolum
enim guſtui, ſed etiam digeſtioni atque nutritioni,
quin et incolumitati corporis proſpicitur addito ci-
bis ſale culinari. Praeter hoc de *tauiato* et *garo* bre- p. 241.
uiſſime agitur. Quorum prius ex ouis Accipenſeris
vel ſturionis, vel rutheni, vel huſonis, aut etiam
Mugilis cephali aliorumque piſcium, ſale conditis,
contuſis, et oleo commixtis petitur: alterum e pi-
ſcium interaneis liquatis conficitur, et prout ſan-

guinem, aut vinum, aut acetum accipiebat, et e diuerſo piſcis genere deſumitur, diuerſum erat, hodie plane inuſitatum. Cui nunc ſuccedit illud condimentum, quod Clupeam encraſicolum in aceto leuiter calido cinere ſoluendo paratur. Ad dulcia condimenta *ſaccharum* et *mel*; ad acida vini acetum, citri, limonii et aurantii ſuccus, omphacium; ad pinguia butyrum, pinguedines animalium, olea e vegetabilibus expreſſa; ad aromatica denique quamplurima vegetabilia referuntur, quorum alia mitiora ſunt, alia acriora. — In fine capitis venenatae qualitates tanguntur, quas cibi e vaſis adſumere poſſunt, quibus aut praeparantur, aut ſeruantur. —

p. 249. *Caput VII.* de potulentis. Inter haec aqua pura eminet, quae ſi aptis liquoribus inſtillatis plane non immutetur, ne ſalutaris quidem fore adſeritur. Expoſitis aquae fontanae, fluuiatilis, putealis, in ciſternis aſſeruatae, mineralis et marinae qualitatibus, differentiisque inter duras, mollesque, oſtenditur, eam, qualiscunque tandem ſit, pro vario, quo gaudet, caloris gradu diuerſimode humanum corpus afficere. De cereuiſia, cum eius coctio in Italia vinis abundante negligatur, nihil additur. Vini vero varia genera, eorumque diuerſae qualitates fuſius expenduntur. Dulcia ob maiorem mucilaginis et ſaccharī vim ceteris magis nutrire, atque excitare. Acido-dulcia vina, acidum, mucilaginem et ſaccharum cum alcohole ita habentia, vt ſingula haec principia ſapor declaret, non ſolent in communem potum, quoties copioſus conducit, adhiberi, cum caput praeceteris tentent. Quotidiano paulo largiori vſui potius inſeruiunt, quae leniter auſtera guſtui videntur, quia praeter alios vini effectus laxitatem emendant, ventriculum roborant, ac totius corporis vires confirmant. Acida denique melius ceteris ſitim compeſcunt, magis diluunt, promtius ac certius vri-

nam

nam cient atque ipſi putredini potentius aduerſantur. Ad vina plumbo mangoniſata detegenda commendatur aqua hepatica (aqua, continens gas hydrogenium ſulphuratum). De ſpiritibus frumenti, p. 264.
ſacchari, ceraſorum, vini, qui vino plus excitant, magis obſtruunt, ventriculum et neruos validius ſtimulant, largiores adhibiti ſanguini acredinem inferunt, viſcera obſtruunt, neruorum imbecillitatem aliaque mala inferunt. Suis vtilitatibus non carere. De potu, qui *Polopuntia* dicitur (Punſch): de infuſo foliorum theae, ſeminum toſtorum coffeae arabicae atque de illo potulenti genere, quod e nucleis theobromae cacao paratur. — Inter potionis ge- p. 271.
nera, quae aegrotis offerri ſolent, referuntur ptiſanae e ſeminibus hordei vulgaris aut auenae ſatiuae; decocta e radicibus cichorii intybus, et tritici repentis etc.; aqua cum ſucco citri, limonii aut aurantii ſ. rubi idaei ſ. ribeſii rubri reliqu.; emulſiones dilutae ex amygdalis dulcibus atque e ſeminibus frigidis maioribus; ſerum denique lactis, quod tamen ſimplex, neque cum cichoraceis, antiſcorbuticis, et ſimilibus herbis incoctum, neque unquam deſtillatum, ſed panno laneo ſolummodo percolatum et tepidum detur.

Caput VIII. de recto cibi et potus vſu in ſe- p. 275.
cunda et aduerſa valetudine. Primum quae in ſecunda valetudine ratione cibi potusque ſeruanda ſint, exponuntur. Atque hoc loco in vniuerſum monet Cl. Auct. nullum alimentum, quod apud cultas Europae gentes menſis apponatur, nocere; optimum alimenti genus ſaluti haud prodeſſe, quando continuo, nullis aliis cibis interpoſitis, adſumitur; a vegetabilibus maximam ciborum vim petendam eſſe. Quae diaetae ratio cuique temperamento, ac vitae generi competat etc. Haud licet hic omnia attingere, quae his de rebus apte diſputata ſunt. Omittenda quoque ſunt, quae de conueniente ciborum quan-

titate, qualibet vice aſſumenda; de tempore coemtionis opportuno ſimilibusque argumentis diſſeruntur. — Diaeta eorum, qui morbis acutis decumbunt, ſingularem medici attentionem requirit. Quamobrem cum de ea, tum de victus ratione, qua ii, qui chronico morbo laborant, adſtrigendi ſunt, diligenter agit Cel. *C.*

p. 333. *Caput IX.* de motu et quiete. Hic gymnaſtices praecepta exponuntur, ita tamen, vt *Fullerii*, *Tiſſoti* (non celebris illius Lauſodunenſis medici, ſed Galli chirurgi), *Davidis*, qui de motus atque quietis praecipue in morbis chirurgicis vſu egit, et aliorum recentiorum ſcripta parum adhibita aegre tulerimus.

p. 363. *Caput X.* de vigilia et ſomno. In definiendis regulis, quae et vigiliae et ſomni rectam rationem regere debent, ad aetatem, temperiem, conſuetudinem, vitae genus, anni tempus atque coelum recte animum aduertit *C.* quippe quae multum faciunt ad regularum nimium late patentium certitudinem infringendam. De ſomno quoque meridiano.

p. 377. *Caput XI.* de excretis atque retentis. Dum de excretione ſaliuae agitur, ſermo iniicitur de *Nicotiana tabaco*, eiusque cum manducatione, tum in fumum reſolutione, aut puluerati in nares attractione: vtrumque damnatur. De inſenſibili perſpiratione agens laudat A. quidem lotionem cutis frequentem et balnea, ſed omittit mentionem iniicere induſi e panno laneo confecti vtilitatem, quae maxima eſt. — Recte monetur, aluo ſiue obſtructae, ſiue laxae atque adeo praeternaturali proſpiciendum eſſe diaeteticis potius auxiliis, quam medicamentis. — Commendat vomitum ad tuendam ſanitatem ſubinde adhibitum, atque ab eius perpetua fere abſtinentia, quae noſtris diebus obtinere dicitur, plura digeſtionis vitia, et frequentiam morborum, quos corrupta in

in ventriculo et inteſtinis materia ſuſcitet, deriuat Auct. — De ſeminis retentione, vt multorum morborum cauſa, haud videtur, noſtra quidem aetate, vt pluribus exponatur, opus eſſe.

Caput XII. idque vltimum de animi pathematibus. Praemiſſis, quae omnibus diaetetices ſcriptoribus hoc de argumento communia eſſe ſolent, magnam attingit vim animi commotionum in morbos, atque muſices vires medicatrices.

Ceterum monemus, nuper quoque in bibliopolio Weigand. Lipſiae germanicam huius libri verſionem prodiiſſe, ſtudio et opera FR. LVDOV. KREYSIGII, V. Cl.

X.

Memoria PETRI CAMPERI.

Patre FLORENTINO CAMPERO, qui, olim Batauiae verbi diuini miniſter, inde ab anno cIↃIↃCCXIII. Lugduni Batauorum viuebat, et matre SARA GERTRVDA KETTINGA vſus eſt Noſter, e quibus cIↃIↃCCXXII procreatus. A prima iam pueritia cum ſingularem diligentiam, induſtriam, ſciendi cupiditatem atque facile omnia comprehendendi facultatem, oſtenderet, pater ipſius, conſiliis BOERHAAVII adiutus, nihil omiſit, quod ad acuendas illas animi praeclari dotes facere poſſet. Quam ob rem prima linguarum Europae praecipuarum, inprimis Latinae cognitione filium imbuebat, et quod ab his negotiis ſupererat tempus, id vt architecturae, opticae, arti tornatoriae, ſcriniariae ſimilibusque addiſcendis impenderet, auctor fuit ſuaſorque. Praeterea LABORDS philoſophiae prima elementa, ſummusque in arte MOORIVS cum filio ſuo artem pictoriam docebant Camperum noſtrum, in qua talibus magiſtris ita

profecit, vt iam anno aetatis XVI. coloribus oleatis pingere inciperet. His ſtudiis innutritus in academicorum doctorum auditoria deducebatur, inter quos initio MUSSCHENBROECKII et's GRAVESANDII praelectiones phyſicae, inprimis ipſi placentes, eum ad naturae ſtudium inuitabant. Sed paulo poſt ad medicinam, quam et ipſius proauus fecerat, addiſcendam tranſiit, vſus GAVBIO, ROOYENIO, ALBINOQVE patre, in arte obſtetricia vero TRIOENIO praeceptoribus. Anno cIↃIↃCCXLVI. vno eodemque die philoſophiae atque medicae artis ſummos meruit honores, disputationibus duabus, quarum vna *de viſu*, altera *de quibusdam oculi partibus* agebat, publice contra diſſentientes defenſis. Biennio poſt mors ipſi parentes eripuit, e qua iactura orti doloris acerbitatem vt leniret, iter per Angliam, Franciam, Heluetiam Germaniamque ſuſcepit, nec redux inde adhuc ab academia Franequerana ad prouinciam publice philoſophiam, medicinam atque chirurgiam profitendi obeundam inuitabatur. Quem quidem nuncium cum anno cIↃIↃCCXLIX. Geneuae acciperet, reditum in patriam maturauit, atque menſe Aprili cIↃIↃCCL. munus oblatum oratione publica *de mundo optimo* auſpicatus eſt, morbo impeditus, quominus id faceret prius. Praelectionibus tunc ſuis logicen, phyſicen experimentalem, aſtrologiam, vulnerum deligationem, morbos ſexus ſequioris, artem obſtetriciam, anatomiam, variaque alia chirurgiae capita tractabat, ſimulque artem medicam cum Franequerae, tum per totam Friſiam cum laude exercuit. In idem fere tempus (1751.) incidit receptio eius inter membra academiae ſcientiarum regiae Londinenſis. Anno cIↃIↃCCLII. iterum adiit Angliam, vt, SHARPIO, KELLYO, SMELLIO praeeuntibus, maiores in chirurgia arteque obſtetricandi progreſſus faceret. Quinque annis magna cum laude in ſtudio Franequerano tranſactis, cIↃIↃCCLV.

pro-

professio anatomiae atque chirurgiae in illustri Athenaeo Amstelodamensi ad ipsum deferebatur, quam oratione *de anatomes in omnibus scientiis usu* habita adiit. Alia oratione *de certo in medicina* professionem medicinae triennio post auspicatus est. Anno cIↃIↃCCLVI. matrimonium iniit cum *Ioanna Bourboomii*, consulis Leeuwardensis, filia, quae antea *T. Vosmae*, consuli Harlingensi, nupserat; e qua tres suscepit filios, qui patris funus adhuc lugent: matre cIↃIↃCCLXXVI. ipsorum amplexibus iam erepta.

Quam hucusque docendo sibi comparauerat gloriam, eam et scriptis inde ab cIↃIↃCCLIX. editis tueri nitebatur. Eo enim anno priorem partem *demonstrationum anatomico-pathologicarum* *), atque dissertationem *de origine herniarum in infantibus recens natis* promulgauit, quam cum societati scientiarum Batauae dicaret, honorem meruit membri illius societatis. In haec tempora incidit eius abdicatio professionis, quam hucusque ornauerat, cuius causas hic enarrare non vacat. Hic tamen recessus in villam suam, haud multum Franequera distantem, *Campero* honorificus; nam titulo professoris Amstelodamensis honorarii ornatus dimittebatur; et arti medicae proficuus erat. Nam *demonstrationum anatomico-pathologicarum* **) et dissertationis *de herniarum variarum in infantibus recens natis origine* ***) continuationem; descriptionem anatomicam *de auditus organo physeteris macrocephali* Linn. ****); *de propagatione bufonis americani s. pipae* commentationem

*) In titulo quidem 1760. legitur, more librariis fere solemni.

**) Comm. Lipſ. XIII. p. 270.

***) Comm. Lipſ. Vol. XII. p. 269. XVI. p. 579.

****) Comm. Lipſ. Vol. XVII. p. 460. XXXIV. p. 242.

nem *); libellum, a ſocietate Harlemenſi numo argenteo ornatum, *de educatione infantum phyſica* **), variaque ad oeconomiam pertinentia ſcripta edebat. Sed nec otio ſoli literario indulſit, ſed ad rempublicam acceſſit, cum a prouincia Friſiae ad conuentus ſolemnes, quibus negotia publica tractantur, admitteretur. —

Anno cIↃIↃccLxiii. ab academia Groningensi medicinae theoreticae, anatomes, chirurgiae et botanices profeſſor publicus ordinarius, et paulo poſt etiam eiusdem vrbis poliater conſtitutus, munus vtrumque oratione *de admirabili analogia inter ſtirpes et animalia*, et praelectione publica *de claudicatione*, auſpicabatur, et cum prorectoris dignitate functus eſſet, oratione *de pulchro phyſico* eam abdicauit. Proximo anno in theatro Groningenſi anatomico orationem habuit *de colore aethiopum, eiusque origine* ***). Anno cIↃIↃccLxv. ſocietati regiae Edinenſi diſputationem *de oſſium callo* tranſmiſit, ob quam inter eius ſocios receptus eſt. — Groningae inſtituit ſocietatem oeconomicam, cui a literis fuit. — In eadem tempora incidit eius cum B. S. ALBINO controuerſia de imaginibus anatomicis, quas hic a WANDELAARIO conficiendas curauerat. Argumenta, quibus ſuam de optimis picturis anatomicis ſententiam defenderat CAMPERVS, publicauit *epiſtola ad ſummum anatom.* B. S. ALBINVM. Gröning. 1767. 4. cIↃIↃccLxvii. cum regia ſcientiarum academia Pariſina, quae *de organo auditus piſcium ſquamoſorum* †) detexerat, communicauit, eumque commentarium in

*) Comm. Lipſ. Vol. XII. p. 270. XXXIV. p. 238.
**) Ibid. Vol. XVI. p. 591.
***) Comm. Lipſ. Vol. XXXIV. p. 231.
†) Comm. Lipſ. Vol. XXXIV. p. 240 ſq.

in dissertationibus mathematicis et physicis, academiae ab exteris exhibitis, anno cIↃIↃCCLXXIV. impressum vidit *). —

Academia regia chirurgorum Parisiensis inter socios exteros, et academia pictoria Amstelodamensis inter membra honoraria CAMPERVM anno proxime sequenti retulit. Morbus, inter pecudes tunc in Frisia epidemicus, CAMPERI quoque curam excitavit, qui vt illius furorem coërceret, inoculationem suasit **), atque auctor fuit variarum per hasce prouincias societatum, quae ad experimenta de huius medendi methodi, aliorumque remediorum efficacia capienda expensas erogabant ***). Eodem illo tempore publicas habebat *de morbis pecorum* praelectiones, quae cIↃIↃCCLXIX editae †) biennio post in linguam germanicum translatae Vindobonae prodierunt.

Iisdem fere temporibus promulgauit obseruationes *de variolis*, Batava lingua conscriptas, sub titulo: *Aanmerkingen over de inenting der Kinderziekten met Waarneemingen beveſtigd* ††), cuius versio germanica Lipsiae cIↃIↃCCLXXII prodiit. In quo quidem libro enarrauit prosperos successus inoculationis variolarum, ab ipso saepius institutae.

Haec magnam CAMPERO conciliabant nominis famam, adeo vt variae scientiarum academiae, eruditorumque societates inuicem in offerendis illi honoribus quodammodo certarent. Etenim illum Parisina scientiarum academia inter eos referebat, quibus-

*) Ibid. Vol. XVI. p. 581.
**) Ibid. Vol. XV. 353. 710 ff.
***) Ibid. Vol. XV. p. 362. ff.
†) Leſſen over de thans zweerende veeſterſte. Louward. 1769. 8.
††) Comm. Lipſ. XVIII. p. 59.

cum literarum commercium ſuſtinebat; ſocietates-que Roterodamenſis et Vliſſingenſis inter membra adoptabant ſua.

Sed hiſtoria naturalis et anatomia comparans in-primis, quae ipſius ſtudium tempusque occupabat, variis iisque memorabilibus inuentis ab ipſo aucta eſt. Diſſecuit ſimiam ſatyrum, ceruum tarandum, delphinum phocaenam, caput balaenae myſticeti et rhinocerotis, atque commentationibus, cum variis eruditis ſocietatibus communicatis, publicauit, quae his de animalibus eorumque ſtructura detexerat. — Varias cIↃIↃccLxx, LxxVIII. et LxxXII. habuit in academia pictoria Amſtelodamenſi orationes de characteribus phyſiognomicis diuerſarum nationum, eorumque modificationibus ab aetate pendentibus. Continent illae acutiſſimarum obſeruationum thesaurum, digniſſimarum, quae publice ederentur. Quam ob rem gratias habebunt omnes, qui hisce diſquiſitionibus delectantur, filio ADR. GILL. CAMPERO, qui Vltraiecti ad Rhenum ſub titulo: *Verhandeling over het natuurlyk verſchib des wezenſtrekken in menſchen van onderſcheiden Landsart en cuderdom* 1791. eas promulgauit *).

Anno cIↃIↃLxxI, invenit ſingularem ſtructuram oſſium cylindraceorum in auibus, quae nunc prope terram, nunc per aethera volitant, vt accipi-

tres

*) *Peter Camper über den natürlichen Unterſchied der Geſichtszüge im Menſchen verſchiedener Gegenden und verſchiedenen Alters; über das Schöne antiquer Bildſäulen und geſchnittener Steine, nebſt Darſtellung einer neuen Art allerley Menſchenköpfe mit Sicherheit zu zeichnen. Nach des Verf. Tode herausgegeben von* ADR. GILLES CAMPER. *überſetzt von* S. T. SOEMMERING. *Berlin* 1792. 4. *mit X. Kupf.*

tres ſolent; de cuius inuenti honore ipſi cum IOANNE HVNTERO decertandum fuit. Deſcripſerat hunc peculiarem mechanismum partim in commentario *de oſſium maiorum in auibus ſtructura, illorumque in diuerſis ſpeciebus diuerſitate*, qui vna cum diſſectione Suis Tagaſſu Linn. (Pecari) et myrmecophagae Capenſis, aliaque diſſertatione de organo auditus et ſtructura naſi cetaceorum, ad regiam academiam Pariſienſem mittebatur, partim in oratione, quae in tomo altero *rhapſodiſtae*, quo nomine diarium belgicum inſignitum fuit, publici iuris facta eſt.

Decennio in academia Groningana exacto apud animum conſtituit ſuum, munus anno cIↃIↃLXXIII. abdicare, atque in Friſiae prouinciam reuerti. Franequerae commoratus, vbi filii litteris magis magisque excolendis operam dare debebant, otio vtebatur ad conſcribenda edendaque varia eruditionis ſuae monimenta. cIↃIↃCCLXXII. ab academia regia ſcientiarum Toloſana eius diſſertatio *de optima methodo inoculationis inſtituendae* *); et anno ſequenti ab academia regia Lugdunenſi alia eius commentatio *de optima chronico pulmonum morbo medendi ratione* aureis praemiis ornatae ſunt. Anno cIↃIↃCCLXXIV. edidit epiſtolam ad experientiſſimum van GESCHER *de vtilitate ſynchondrotomiae ad partum laborioſum facilius abſolvendum*, cui appendicis loco adiectae *ſunt obſeruationes criticae in* SWIETENII *commentarium de variolis*. Obtulit praeter ea Lugdunenſi ſcientiarum academiae diſſertationem *de conſtruendorum bracheriorum ratione*, obſeruationesque *de partu laborioſo ab inclavato capite atque vectis Roonhuyſeniani his in caſibus vtilitate*. Batauae autem ſocietati, quae Roterodami

*) Comm. Lipſ. Vol. XVIII. p. 357. 537. altera editio prod. L. B. 1789. 8.

mi floret, tres tractatus *de aditu aëris ad ossa animalium maiora; de cantu ranarum masculorum; de construendis bracherlis* *). Anno cIↃIↃCCLXXIV. anatomicen forensem exercitationem *de signis vitae mortisque in recens natis infantibus* Leuwardiae edidit, quae 1777 Francofurti in germanicam versa linguam prodiit. *de scelere infanticidii meditationes; de falsima ratione hospitia pro infantibus expositis aperiendi; de causis infanticidii et interfectionis sui;* denique aliquot experimenta *de inflato in pulmones infantum, qui asphyctici nati sunt, aëre.* — Dissecti pulli elephantini descriptionem breuem publicauit in diario patrio: *vaterlandsche Letteroefeningen* dicto, quae ita comparata est, vt operis maioris, propediem prodituri cum tabulis XVI. aeneis formae maximae, desiderium acre quemlibet harum rerum intelligentem aestimatorem teneat **). — Eodem anno et cIↃIↃCCLXXVI. duae CAMPERI *dissertationes*, quarum altera *de perniciosa abusu emplastrorum vnguentorumque aduersus morbos externos, atque emendata vlcerum tractandorum ratione*, altera de *influxu variarum aeris specierum in morbos externos*, deque *praesidiis eundem in horum morborum curatione emendandi* egit, ab academia regia chirurgiae Parisiensi numis aureis memorialibus ornatae sunt.

Anno posteriore cum Illustrissimo Comite WASSENAAR TWIKELIO controuersia ipsi intercessit *de ratione muniendorum aggerum, qui in Frieslandia maris fluctibus oppositi sunt*, eoque de argumento varia edidit scripta. — In Vaterlandsche Letteroefeningen epistolam de calculi sectione duobus temporibus absoluenda edidit, atque ad academiam scientia-

rum

*) Comm. Lipſ. Vol. XXXIV. p. 238.
**) Comment. Lipſ. Vol. XXXIV. p. 233.

rum Petropolitanam de rhinocerote duplici cornu inſtructo miſit commentarium, qui et in ſcriptis huius academiae typis deſcriptus eſt. — Per comitatum Bentheimenſem Brabandiaeque prouinciam hoc ipſo anno ſuſceptum iter tantam ipſi attulit voluptatem, vt proximo anno Lutetiam Pariſiorum inuiſeret. Ibi variis eruditorum ſocietatibus praelegebat diſſertationes, quae merito excipiebantur plauſu. In academia quidem regia ſcientiarum *de characteribus egit phyſiognomonicis variarum nationum, aptiſſimaque methodo, cum illos, tum oris lineamenta variis aetatibus, atque, quae in antiquis lapidibus, gemmis, ſtatuisque pulchra ſunt, deliniandi;* in academia chirurgica *de glandulis, interiori ſterni faciei oppoſitis, ab ipſo detectis ſignoque cancri mammarum incurabilis ex earum doloribus deducendo*, in regia medicinae ſocietate *de lue pecorum eiusque inoculationis vtilitate.*

Anno CIↃIↃCCLXXVIII. elaborauit diſſertationem *de cauſis praecipuis contagioſae luis pecorum*, quae a ſocietate ſcrutatorum naturae Berolinenſi praemio honorario digna iudicata fuit, auctorique locum inter ſocios huius ſocietatis meruit. Eodem fere tempore receptus eſt inter membra academiae regiae ſcientiarum Toloſanae atque ſocietatis agriculturam promouentis Amſtelodamenſis. Edidit quoque, vt veterum inter Graecos Latinosque medicorum lectionem commendaret, HIPPOCRATIS, CELSI, PAVLIQVE AEGINETAE cogitata de fiſtulis et prolapſu ani, quibus ſuas ipſius obſeruationes adiiciebat. Praeterea *breuem expoſitionem ſuarum diſſectionum, quibus varias ſimias ſatyros ſubiecerat* *), nec non *collectionem ſcriptorum ad aggerum* Frieslandicae exſtructionem pertinentium in publicum emiſit.

Anno

*) Commet. Lipſ. Vol. XXXIV. p. 242.

Anno cIↃIↃccLxxix. transmiſit ad academiam ſcientiarum Londinenſem commentarium *de organo vocis ſimiae ſatyri aliarumque ſimiarum*, ediditque primam partem ſuarum ad hiſtoriam naturalem ſpectantium diſſertationum, quae de ſimia ſatyro, de cervo tarando atque de rhinocerote duplici cornu inſtructo agunt. — Quod optimae reſponſioni ad propoſitam quaeſtionem *de agendi ratione medicamenti ſic dicti ſpecifici* promiſerat academia ſcientiarum regia Diuionenſis praemium aureum, id CAMPERI commentatio hoc ipſo meruit anno. — Ea vero diſputatio, quae veram cancri originem, ſignaque certa cancri mammarum exponit, legitur in diario Batauo, cui titulus eſt: *Natuur- en Haushaltingkundigen Cabinet.* — Suſcepit iterum quoque per Germaniae partem iter, in quo inprimis Hamburgi, Hanouerae et Gottingae commoratus eſt, et anno proximo, quo hanc excurſionem reiterauit, Brunſuigae, Berolini, Poſtampii plurimum temporis transegit.

Opportunitatem hanc academia regia ſcientiarum Gottingenſis arripuit, praeſentemque CAMPERVM inter ſocios legit ſuos.

Redux in patriam anno cIↃIↃLxxxi. compoſuit diſputationem *de optima calceorum forma* elegantem, vt oſtenderet, quo modo vir eruditione inſignis argumentum primo intuitu leue et ſterile tamen ita tractare poſſet, vt vtilitas inde in lectorem redundaret *). — Ter iterum victor abiit. Academia enim

* Duplici verſione Germanica inter nos innotuit libellus, quarum altera a IO. FRC. IAQVINO, Vindebon. 1782. altera Berolini ab anonymo 1783. edita fuit. Nuper etiam ab H. T. IANSENIO, gallice verſus Pariſiis 1791. prodiit hoc titulo: *Diſſertation ſur les varietés naturelles, qui caracteriſent la phyſi-*

niam chirurgica Pariſienſis optimas iudicauit Campe-
disquiſitiones *de effectibus ſomni vigiliarumque vti-
nteque vtriusque in morbis chirurgicis;* atque *de in-
luxu morboſae ſecretionis variarum corporis animalis
ecretionum in morbos externos.* Societas autem me-
ica Pariſina, *quae de variis hydropis formis, morbique
auſſis atque curatione* quaeſtionem propoſuerat, votis
atisfeciſſe ſuis CAMPERVM publice decreuit, numo-
ue aureo, qui honoris cauſa victoribus offerri ſolet,
enſuit dignum.

Anno cIↃIↃCCLXXXII. epiſtolam ad celebrem
hirurgum Amſtelodamenſem, van HVSSEM, dedit
*e cauſa claudicationis infantum, medendique huic vitio
ratione, obſeruationesque de calculi cum veſicae parieti-
us concretione, calculique ſectione diuerſis tempori-
us e* FRANCONIS *conſilio abſoluenda.* Per aeſta-
em huius anni Traiectum ad Moſam, Leodium, Spa-
anum fontem, Asquisgranum et Duſſeldorpium pe-
iit, vt memorabilia maxime cum naturae, tum ar-
is opera oculis ſubiiceret ſuis.

Anno cIↃIↃCCLXXXIII. edidit, quam ſocietas
Batana Roterodamenſis praemio ornare haud voluerat,
eſponſionem ad quaeſtionem *de cauſis, ob quas homo
oluribus morbis vitiisque ſubiectus eſſe ſolet, quam ani-
malia bruta.* — Biennio poſt a regia academia ſcien-
iarum inter membra legebatur extranea, ad quem ho-
norem non plures, quam octo viri eruditi, adſpirare
poſſunt. — Eodem anno iterum in Anglium traie-
cit,

*phyſiognomie des hommes des divers climats et des divers
âges, ſuivie de reflections ſur la beauté, particuliere-
ment ſur celle de la tête etc. Ouvrage poſthume de
M^ſ* PIERRE CAMPER. *On y a joint une diſſerta-
tion du même auteur ſur la meilleure forme de ſou-
liers c. aen. tab. XI.*

cit, ibique cum variis eruditis amicitiam familiarita-
temque contraxit. — Anno cIↃIↃccLxxxvii. scripsit
*de oſſibus piſcium nemini cognitorum, in monte a H.
Petro nomen habente prope* Traiectum ad Moſam re-
pertis, ad Academiam Londinenſem, in cuius actis
et quidem volumine LXXVI., commentatio haec ty-
pis exſcripta eſt. — Eodem fere tempore prodiit
breuis deſcriptio phocae vitulinae, tribus pedibus
inſtructae, in diario Batauo: *Vaterlandiſche Letter-
oefeningen*; atque ſocietati ſcrutatorum naturae Ber-
linenſi obtulit *obſeruationes criticas in illam piſcium
claſſem, quae ſecundum Linnaeum amphibia nantia com-
prehendit; atque de fabula rhinocerotis vnicornis**). —
Ao. cIↃIↃccLxxxvii. academiae ſcientiarum Petro-
politanae transmiſit commentationes quasdam *de oſſi-
bus animalium incognitorum foſſilibus*, atque excurſio-
nem ſuſcepit breuem Lutetiam Pariſiorum. Proxime
denique anno *de fractura patellae atque oletrani* diſſer-
tionem edere conſtituerat, ſed hoc per fata ipſi haud
licuit **).

A quo tempore profeſſionem anatomiae atque
chirurgiae abdicauerat, conuentus ſolemnis, quo ne-
gotia publica prouinciae Friſiacae pertractantur, mem-
brum ordinarium legebatur, atque varia tunc mu-
nera obibat reipublicae. In ſenatum denique, qui
ſtatuum vnitorum vocatur, ſub ultimum vitae tem-
pus receptus, Hagae Comitum ſedem fortunarum
figebat, vbi anno aetatis LXVIII. et huius ſeculi
LXXXIX. die VII. Aprilis, vehementi peripneumo-
nia correptus obiit.

*) *Conſ. Schriften der Naturforſch. Geſellſch. in Berlin.
B. VII. p.* 197 *ff.*

**) Filio editore prodiit Hag. Com. 789. 4. cum fig-
aen.

XI.

Varia noua literaria.

Experient, CLOSS, qui diſſertationem *de ductoribus et cultri lithotomi ſulcatis* pro obtinendis ſummis in medicina honoribus Marburgi cIↃIↃCCXCI. defendit, nuper profeſſor anatomiae et chirurgiae in academia Tubingenſi conſtitutus eſt.

Experientiſſ. CH. EHRENFR. WEIGEL, chemica eruditione clarus, ab academia ſcientiarum Holmienſi inter membra relatus eſt extranea.

In Sileſia duae apertae ſunt ſcholae, quibus artis obſtetriciae recte faciendae praecepta obſtetricibus traduntur, altera Glogauiae, altera Oppelni, quarum illi Experient. IMM. GOTTL. GERDESSENIVS, prof. reg. art. obſtetr. aſſeſſor collegii med. et ſanit. et poliater Glogauienſis, huic vero Exper. STOCK praeeſſe iuſſi ſunt. Prior programmate de cauſis partus praeternaturalis (pagg. XXXIV. 4.) inſtituti huius rationem indicauit.

Experientiſſimus KAVSCH, circuli phyſicus medicus, a collegio medico et ſanitatis Glogauienſi inter adiunctos relatus eſt ſuos, ita tamen, vt et in poſterum Militſchii commoretur.

Abbas celeberrimus, MAXIMIL. HELL, aſtronomus regio-caeſareus, qui Veneris tranſitum ante ſolis diſcum d. 3. Iun. 1769. Wardaehuſii in Lapponia Finnmarchica obſeruauit, d. XIV. April. h. a. Vindobonae anno aetatis LXXI. mortuus eſt.

Die IV. Aprilis huius anni ſocietas electoralis phyſico-oeconomica, quae Heidelbergae inſtituta eſt, conſeſſum habuit ſolemnem, in quo Generoſ. L. B. a KOTTENHAHN, Sereniſſimo Principi Haſſo-Darmſtadienſi a conſiliis camerae etc. inter honoraria, inter extraordinaria vero membra partim GEORG.

FORSTERVS, Seren. Principi Electori Moguntino a consiliis aulae et bibliothecarius, partim WIEBERIGIVS, hydrotechnicae per ducatum Iuliacum et Bergenſem magiſter a Principe Electore Palatino constitutus, relati atque ab Electore Sereniſſimo confirmati ſunt.

Experient. GE. CAR. STARAVASNIG, philoſoph. mag. et vtriusque clinices profeſſor publicus ordinarius in academia Friburgenſi, quem celebrem fecit infamis ob ſimulatam, diu toleratam inediam Anna Monica Mutſchleria, cuius hiſtoriam libro ſingulari ex rationibus phyſicis et medicis vt minime falſam comprobare ſtuduerat.

Exper. Noſe, a conſiliis rei metallicae, a facultate philoſophica Halenſi ſub anni ſuperioris exitum ſummis magiſterii honoribus ornatus eſt.

Exper. STEPHAN. de LVMNITZER, qui medicinam Poſonii exercet, et nuper *floram Poſoniensem* edidit, ob quam a Leopoldo II. publico decreto laudatus et numo aureo maioris molis, quos memoriales vocant, locupletatus fuit, de vtraque re d. XXVI. Mart. h. a. in conſeſſu publico bannatus Poſoniensis certior factus, numusque ipſi exhibitus eſt.

Non poſſumus non ob rei huius grauitatem huc transferre, quae Exper. GRENIVS, cognitionis chemicae ſubtilitate clariſſimus, nuper de experimento quodam publici iuris fecit, theoriam Lauoiſierianam labefactante, quin penitus ſubruente. Sunt vero verba huius Viri Celeberrimi haec:

„A variis viris eruditis rogatus ſum, vt experimentum illud, quo ſub reſtitutione (*reuiuificationem* vocant vulgo) mercurii per ſe praecipitati ſolius ignitionis ope plane nihil aëris dephlogiſticati prodire repereram, repeterem, cum eiusdem confirmatio recentiorum theoriam de oxygenii natura et effectibus euerſura eſſet. Equidem iam dudum me horum

rorum votis facilem praebiturus eram, ſi per re-
rum mearum rationem, negotiaque alia ſtetiſſet, vt
huius mercurialis praeparati confectionem, quam
admodum longinquam eſſe conſtat, iterum ſubire
potuiſſem. Accedebat et hoc, quod plures noram
chemicos, quorum fides nullo modo ſuſpecta eſſe
poteſt, in hoc ipſo labore occupatos. Quod quidem
ſpem mihi faciebat, fore, vt mea obſeruatio breui ab
aliis confirmetur. Et hanc quidem ſpem haud vanam
fuiſſe, me certiorem iam nunc faciunt literae, a WEST-
RVMBIO, Viro Celeberrimo, ad me ſcriptae, qui non ſe-
mel, ſed repetitis vicibus experimenti illius a me inſti-
tuti exitum talem vidit, qualem et ego. Scribit vero is:
„ſe inde a Septembri anni praeteriti in praeparatione
„ſufficientis copiae hydrargyri per ſe oxydati elabo-
„raſſe; hunc laborem a paucis inde diebus feliciter
„ad finem perductum eſſe. Quo facto ſtatim expe-
„rimentum illud, quo oxygenii fautores ſtatoresque
„tantopere ſuperbiunt, ita apparatu compoſito inſti-
„tutum. Scilicet huius calcis metallicae ſemiuncia
„vaſculo retorto, cuius collum tres pedes longum
„erat, immittebatur; huic canalis vitreus, ſub angu-
„gulo recto curuatus, adaptabatur, qui in vitrum,
„duplici apertura inſtructum, hiabat eaque mediante
„cum apparatu pneumatico iungebatur. Partes appa-
„ratus diuerſae, vbi ſibi inuicem iunctae erant, gypſo
„linteamini inducto, et vt maior adhuc firmitas adeſſet,
„taeniis pluribus linteis munito, quae glutine e ca-
„ſeo et gypſo inuicem mixtis compoſito illinitae
„erant, conglutinabantur. Vaſculum retortum,
„balneo arenae inditum, ignique furni chemici ex-
„poſitum quamprimum candeſcere coepit, in collo
„vaſculi guttae aquae pellucidae apparuerunt, quae,
„vbi ſenſim ſenſimque augebantur, in vitrum, du-
„plici oſtio apertum, depluebant. Quibus guttulis
„mercurii viui ſuccedebant globuli ita, vt nec mi-

„nima aeris dephlogiſticati particula in appara„ pneumatico in conſpectum veniret. Ecce igitur expe„rimentum, quod BERTHOLETTO (*Annales de Chi„to.* IX. p. 16.), de MONS (*Journ. der Phyſik* B. V„S. 4.), SCHERERO (vid. IACQUINI *collectanea* t„IV.), HERMBSTAEDTIO (*Bibl.* B. IV. St. I. p. 66.) „omnibusque, qui contraria tuentur, grauis ad„uerſarius exſurgit." — Idem WESTRVMBIVS hoc experimentum paululum immutatum, iuncto ſcilicet cum hydrargyro oxydato aut phoſphoro, aut ſulphure etc. repetiit, ita, vt ſemper euentus repugnaret ſyſtemati recentiorum inter Gallos chemicorum.

Quae cum ita ſint, contendit GRENIVS idque haud temere, omnes, qui e puro hydrargyro oxydato ignis ope aerem dephlogiſticatum prodiiſſe aſſerant mercurio praecipitato rubro vſos fuiſſe, cuius acidae particulae ſuperſtites, cum calce metallica intime coniunctae, ſolae, ſine huius calcis vlteriori auctu, ad aeris dephlogiſticati formationem faciant. — —

Idem illud experimentum Cl. GRENIVS cum Aethiope per ſe inſtituturus, libram mercurii viui lagena vitrea incluſi, piſtillo molae tudicularis per plures iam ſeptimanas adfigendam curauit.

Societas medicorum, literarum commercium inuicem alentium, Heluetica Experientiſſim. WACHMANNVM, regis Angliae medicum, inter membra honoraria eſſe voluit ſua.

Societas libera oeconomica, quam Imperatrix Ruſſorum Petropoli inſtituit, Illuſtriſſ. Comitem DETTLEWIVM ab EINSIEDEL, Sereniſſimi Principis, Electoris Saxoniae miniſtrum, a conferendis conſiliis nomen gerentem, inter membra retulit ſua.

Socie-

Societas agriculturae regia, Auguſtae Turinorum florens, IOH. RIEMIVM, a conſiliis commiſſionum, et ſocietati oeconomicae Lipſicae perpetuo a literis, inter ſocios extraneos, ſolemni diplomate exhibito, recepit.

BERGMANNVS, profeſſor phyſices Mogunticus, cum hac docendi prouincia, vt iterum profeſſoris hiſtoriae naturalis munus, quo decem ante annos ſponte abdicauerat, coniungeretur, paſſus eſt.

D. VIII. Mart. Societas regia ſcientiarum Bohemica conſeſſum habuit publicum, cui et Illuſtriſſ. Comes de ROTTENHAN, ſupremus Burggrauius, interfuit. Experientiſſimo NOSE, a conſiliis rei metallicae, qui ſocietati epiſtolas ſuas orographicas donauerat, numus memorialis et actorum ſocietatis nouorum tomi decernebantur. Cl. DOBROWSKY et illuſtriſſ. Com. de STERNBERG, qui iter in Sueciam, Ruſſiamque literatum moliuntur, rationem, qua hoc iter inſtituere cupiunt, cum ſocietate communicabant, vt haec de illa ſtatueret, eamue, ſi forte opus, emendaret. Prior horum virorum eruditorum, cui ad hoc iter ſocietas mille largita eſt florenos, Holmiam petit, vt ibi in tabulario publicas haud leuis momenti tabulas, hiſtoriae bohemicae inſeruientes, et, bello tricennali Germaniam deuaſtante, Praga Holmiam ablatas, anquireret, anquiſitasque deſcriberet. Cuius rei veniam ſocietas a rege, quem immatura fata abripuere, iam impetrauerat. Comes illuſtr. de STERNBERG propriis ſumtibus Ruſſiae prouincias varias peragrare cupit eo conſilio, vt phyſicas colligat obſeruationes. — Praeterea claſſis phyſico-mathematica de Cl. PASQVICHII, profeſſ. mathem. Peſtini, volumine II. mathem. analyſium et machinarum, ex auctoris voluntate iudicium tulit. — Illuſtr. Com. de ROTTENHAN promittebat, vt exemplaria

mappae geographicae Mullerianae, quae Bohemiam deſcribit, tot, quot opus fuerint ad abſoluendam mappam, Bohemiae producta naturae omnigena continentem, procuraturus eſſet. Exper. REVSS, medicus Bilinenſis, qui hos naturae theſauros, quibus Bohemia diues eſt, eruturus varia ſuſcepit itinera, ab eadem ſocietate, vt poſſet labores continuare ſuos, pecuniae ſumma donatus eſt.

Academia reg. ſcientiarum Berolinenſis inter extraordinaria membra honoraria, quae inter exteros legi ſolent, etiam Regem Poloniae, STANISLAUM AUGUSTUM, literarum peritum et fautorem retulit. Qua de re certior per literas academiae redditus Rex, hanc ad academiam his ipſis verbis dedit epiſtolam:

STANISLAUS AUGUSTUS R.

Inclyto coetui academiae Berolinenſis S.

„Redditum eſt nobis ante paucos dies diploma „Veſtrum, Viri Eruditiſſimi, quo Nos coetui Veſtro „academico, tot inſignibus in re literaria magiſtris „conſpicuo, adſcriptos eſſe voluiſtis, Veſtramque „Voluntatem publico decreto declaraſtis. Perhonorificus ſane eſt locus iſte, quem ſponte inter philo„ſophos contuliſtis; ſed multo gratior et honorificentior eſt opinio Veſtra de Nobis, non quales qui„dem ſimus, ſed quales eſſe cupimus. Si enim a mul„tis retro ſeculis didicimus, haec tantum regna felicia et eſſe et dici, vbi philoſophi regnant, aut reges philoſophantur, Vos iam experti eſtis, qui Fri„dericum illum Magnum vidiſtis, qui ſub hodierno „Rege Veſtro, tot inſignibus animi dotibus praedita, „res Veſtras domi forisque proſperas videtis. Nobis longa adhuc via terenda eſt: Nosque non ob „aliam cauſam operam conuertimus omnem, ut „in regno hoc Noſtro Poloniae et literarum ſtudia „promo-

„promoueamus, et Ipſi quidquid temporis a publicis „negotiis ſuperſit Nobis, illud lectioni et meditationi „impendamus. Tot praeclara a Vobis multisque aliis ſe„culi huius ſcriptoribus in lucem edita ingenii ſpecimi„na Nobis etiam facem philoſophandi praetulerunt, vt „fateri ingenue neceſſe ſit, nos omnino literis debere, „quidquid vtilis, quid recti, quid honeſti hic conſtitu„tum vidimus atque laetati ſumus. Pergite, Viri „Doctiſſimi, illuſtrare orbem literarium laboribus ac „lucubrationibus Veſtris, meque non tantum iam ſo„cium Veſtrum, ſed quod feliciter Mihi regnoque „Meo accidit, Regis Veſtri, cuius academia Veſtro „patrocinio gaudet, Amicum Vicinum ac Foedera„tum conſtanti amore proſequimini. Datum Var„ſauiae d. XVI. Nouembr. cIↃIↃccxci.“

Academia regia ſcientiarum Pariſina Celeberrimo HERSCHELIO, tot inuentis aſtronomicis inſigni, ob praeclara de omni aſtronomia ſibi parta merita praemium MCC. librarum gallicarum tribuit, quod e duobus, a coetu qui nunc dicitur nationali, iis, qui inuentis grauiſſimis phyſicen locupletarunt, quotannis diſtribuendis, maximum eſt.

Academiae electoralis ſcientiarum Theodoro-Palatinae claſſis hiſtorica, diſſertationi Reuer. K. KLOTERI, ex ordine Benedicti, et Profeſſoris Canonum in ſeminario epiſcopi ad St. Emmeranum, *de Barſchalcis* primum adiudicauit praemium. Huic victori proxime acceſſerunt Illuſtriſſim. MAXIM. ab EINZIG, S.R.I. eques et Com. Palatin. et Excell. IGNATIOS. OBERNBERGERVS, Sereniſſ. Principi Electori Palat. a conſiliis aulae, et praefectus iudic. Miesbacenſis. — Eadem claſſis publice proponit anno cIↃIↃccxciv. proemio ornandam quaeſtionis huius optimam ſolutionem: *qua ratione et quomodo iudicia vicana in Bauaria orta ſunt? qua relatione coniuncta fuere cum poteſtate veterum Bauariae ducum et comitum*

paganorum (Gaugrafen)? *quomodo ſenſim ſenſimque in conſtitutionem iudiciariam hodie receptam tranſierunt?* — Eiusdem ſocietatis claſſis *philoſophica* ad diſceptandum propoſuit anno cIↃIↃCCXCIII. argumentum hoc: *pertinetne margaritae ortus ad mortoſum animalis ſtatum, an hoc etiam perfecte ſanum eas formet? poſſuntne in omnibus conchis artes quaedam margaritarum ortum promouere? quaenam ſigna maturitatem margaritae in concha indicant?* Praemium optimae harum quaeſtionum ſolutioni propoſitum in nummo aureo erit L. ducatos valente. Qui de hoc praemio certare cupiunt, diſſertationes, germanica aut francogallica, aut latina lingua conſcriptas, exhibeant ante Calend. Nouembres aut anni proxime inſecuturi, aut cIↃIↃCCLXXXXIII. reuer. ILDEFONSO KENNEDY, Seren. princ. Elect. Palat. Bau a conſil. ſanctioribus et academiae a literis.

Societas regio-Boruſſica ſcient. et art. Francof. GV. KARSTENIVM, Reg. Boruſſ. a conſ. rei metallicae inter ſocios recepit ſuos.

Exper. IOH. NIC. NICOLAI, qui Principi Schwarzburgo-Rudolſtadienſi a conſiliis aulae erat, Sereniſſ. Ducis Saxo-Coburgenſis medicus proprius factus eſt.

Exper. KIELMAYERVS, qui hucusque extra ordinem in gymnaſio illuſtri Carolino, quod Stuttgardi floret, profeſſus eſt artem medicam, ibidem nunc Profeſſor ordinarius et Aſſeſſor facultatis medicae factus eſt.

Societatis Linnaeanae Pariſienſis hiſtoria. Iam anno cIↃIↃCCLXXXVII. coiit numerus quidam virorum eruditorum, hiſtoriaeque naturalis amantium, eo conſilio, vt hiſtoriam naturalem ſecundum methodum excoleret, a Summo LINNAEO excogitatam; obſeruationes atque inuenta quauis ſeptimana ſecum inuicem communicarent; atque ita ſyſtema Linnaeanum,

nium, quod, ſi forte botanicen exceperis, in Gallia ad hunc vſque diem fere incognitum erat, ſenſim ſenſimque in plurimorum notitiam diuulgarent. BUFFONO adhuc vita fruente, qui ſyſtema Linnaeanum, quod plane non intelligebat, nec intelligere vllo modo nitebatur, ſaepius riſui expoſuerat, haec ſocietas operare haud poterat, vt in publicum prodire, atque LINNAEO, a quo nomen ſumſerat ſuum, in horto regio, cui BUFFONUS praeerat, monimentum erigere ipſi liceret. Etiam cum in academia ſcientiarum fere regnaret, profecto nemo inter academicos ſuſtinebat proferre aliquid, quod in laudem ſyſtematis naturalis cedere poterat. Sed mors BUFFONI atque politicarum rerum in Francia conuerſio effecit, vt meliora fata huic ſocietati illuceſcerent. Nam ea academiae regiae membra, quae ſocietatis conſeſſibus hucusque tantummodo furtim intereſſe potuerant, nunc publice eosdem frequentabant, et de monumento, LINNAEI manibus erigendo, quod nondum tempora permiſerant, ſerio omnes cogitabant. Cum ſumtus haud ſuppeterent magni, temporaque annorum cIↃIↃccxc. et ſequentis admodum turbulenta eſſent, in eo omnia, quae tunc Lutetiae Pariſiorum aderant, ſocietatis membra amice conſpirarunt, vt interim monumento lapideo in nemore, quod ab oppido St. Germani nomen habet, et paucas tantum Pariſiis diſtat horas, erecto nomen C. LINNAEI inſcriberetur. Quod quidem conſilium cum die Sabbathi aliquando ab omnibus, qui tunc Pariſiis aderant, ſocietatis membris perficeretur, plebi oppidi illius, in quo ciues inter et militem ſic dictum nationalem haud diu antea motus, nondum penitus ſopiti, obtinuerant, ſuſpicionem malorum erga ſecuritatem publicam conſiliorum mouebant, et haud multum aberat, quin male ab illa tractati eſſent. Infecta igitur re Lutetiam quidem reuertebantur, laeti tamen, quod amor

ipſorum erga LINNAEVM non ipſis maiorum mi-
rum fons atque origo extitiſſet. Neque vero om-
conſilium, LINNAEO monimentum erigendi, a-
ciebant, ſed aliquot diebus praeterlapſis Senatum
tionis precibus adibant, vt ipſis hoc monume-
hortum regium ornare liceret. Precibus his an-
Senatus. Quamobrem ſolemni modo imago LI-
NAEI dimidiata in praeſenti e gypſo, cui aeris ſp-
cies conciliata erat, confecta, die XXIII. Au-
cIↃIↃccxL. veſperi, ſub maxima cedro Libani, h-
lapideae imponebatur. Cum vero membrorum hu-
ius ſocietatis nimis magnus numerus ab initio lect-
eſſet, quorum plurimi fini, quem ſibi ſocietas Li-
naeana propoſuerat, ſatisfacere plane non poter-
cogitarunt nonnulli, quibus hiſtoriae naturalis cu-
tura curae inprimis fuit, de reformanda hac ſocie-
te, legibus ipſi ferendis, oeconomiaque interio-
conſtituenda. Hi, quorum numerus haud multu-
viginti ſuperat, aedes conduxerunt, in quibus con-
ſeſſus ſocietatis habentur, praeſidem et alium, q-
ſocietati a literis eſt, elegerunt, quorum munera
tres tantum menſes durant, et nomen ſocietatis Lin-
naeanae in *ſocietatis hiſtoriae naturalis* permutarunt.
Membra honoraria, et quibuscum ſocietas literaru-
commercium alit, eliguntur. — Hoc ipſo anno
primum volumen commentationum eius, quae in-
primis botanicen illuſtrant, prodiiſſe accepimus,
de quo vt primum in manus peruenerit noſtras, a-
lectores referemus noſtros.

Academia Marburgenſis neceſſariam ad laborato-
rium chemicum exſtruendum pecuniam a Sereniſſimo
Principe Landgrauio Haſſo-Caſſelano dono accepit.

Experientiſſimus STROMEYERVS, qui Got-
tingae artem feliciſſime facit, a Rege Angliae titulo
medici proprii ornatus eſt.

Inde ab aliquo tempore ſtudium illuſtre Philadelphiae apertum multis modis perfectum eſt. Etenim profeſſiones plures inſtitutae, reditusque earum funati ſunt. Bibliotheca pluribus, quam X millibus conſtat voluminibus. Hortus medicus inſtitutus eſt, et quae ſunt reliqua. Studioſi plus quam centum adſunt, e quibus anno proxime praeterito ex America meridionali, et India occidentali V. doctores theologiae, XIX. medicinae, et X. philoſophiae creati ſunt.

De ſocietate medicorum atque chirurgorum Helueticorum, qui literarum mutuarum de rebus ad artem pertinentibus ſcriptarum vſu inuicem iuncti ſunt, alio tempore actum eſt *). Iam membrorum tam ordinariorum, quam honorariorum nomina ſubiiciamus.

Membra ordinaria.

AEPLI, med. doct. Dieſſenhofenſis, et a conſiliis aulae; comm. **).

AEPLI, med. doct. Trogenſis.

AMMAN, chirurgus Ruſchliconenſis.

AM STEIN, med. doct. Zizarienſis; comm.

ANGERER, medic. doct. et Princ. Abbati St. Gallen a conſiliis palatii.

BENTELY, med. doct. Bernenſis.

BENTELY, pharmacopola Bernenſis.

BICHSEL, chirurg. Summiswaldenſis.

BODMER, chirurg. Bonniſchweilenſis.

BOHNI

*) Comment. Lipſ. Vol. XXXI. p. 707.

**) Hoc ſcribendi compendio eos ſignaui, quibus cura legum, a ſocietatis membris obſeruandarum, epiſtolarum ad ſocios mittendarum directorium etc. commiſſum eſt.

BOHNI, chirurg. Lichtſtallenſis.

BRVNNER, chirurg. Bernenſis

BÜHLER, chir. Wettſchweilenſis.

BÜRGI, med. doct. et praefectus iudicii (Vogt-richter) Scaphuſenſis.

BÜRGI, med. Roſchbacenſis.

BUXTORFF, med. Baſileenſis.

CRAUER, med. Knutweilenſis.

EPPENBERGER, chirurg. Flahweilenſis.

ERNST, med. doctor Guinterodurenſis.

ESCHER, med. Turicenſis.

FEHR, chirurg. Flaacenſis.

FEYERABEND, chirurg. Engelbergenſis.

FISCHER, chir. Rynacenſis.

de FLVE, med. doct. Kernſii in prouincia Vnterwaldenſi; Comm.

FLVELER, med. Altorfenſis e prouincia Vrenſi.

FRIES, chirurg. Turicenſis, Societati ab epiſtolis.

FRIK, chir. Maſchwandenſis.

FRIK, chir. Verzliconenſis.

GATSCHET, chir. Erlacenſis.

GEILINGER, chir. ciuitatis Guinterodurenſis.

GIRTANNER, med. doctor *St. Gallenſis.*

HAFNER, chir. Wylenſis.

HALTER, chir. Hoſpitalenſis.

HAMMER, chir. Muryenſis.

HEER, chir. Glaronenſis.

HEINIMANN, chir. Lichtſtallenſis.

HILTI, chir. Werdenbergenſis.

HOFER, chir. Thundorfenſis.

HÖPFNER, med. doct. Bernenſis.

HÖSLI, chir. Glaronenſis.

HÜNI, chir. Torgenſis.

HÜRLIMANN, chir. Richtenſchwielenſis.

IMFELD, med. doct. Altorfenſis in prouincia
yenſi.
IMHOF, med. Arauenſis.
IVST, chir. Meyenfeldenſis.
IVZELER, med. ocularius Bernenſis.
KAVFFMANN, chir. Küſsnachtenſis.
KÖCHLIN, med. Müllhauſenſis.
KOLLER, chir. Bruggenſis.
KRONAUER, chir. Guinterodurenſis; Comm.
LANDIS, med. doct. Richtenſchweilenſis.
LAUFFER, chir. Egliſauenſis.
LINDT, med. doct. Nidauenſis.
MARTI, med. Glaronenſis; Comm.
MIEG, medic. doctor et profeſſ. Baſileenſis; Comm.
MIEG, med. peculiaris Baſileenſis.
MIEG, chir. Baſileenſis.
MEYER, chir. ciuitatis Turicenſis; Comm.
MEYER, chir. Wattweilenſis.
MORELL, pharmacopola Bernenſis.
MÜLLER, chir. Hofſtettenus.
NÄF, chir. Hauſenſis.
NEFF, med. Altſtettenſis.
OBERTEVFFER, med. Heriſauenſis; Comm.
PAVLI, pharmacopola, Malanzii, quod Rhaetiae
ppidum.
PETER, pharmacopola Steinenſis.
PETIFF, pharmacopola Duttlingenſis.
PFENNINGER, chir. Staefae.
PFENNINGER, chir. Egliſauenſis.
RAHN, med. doct. et canon. Turicenſis, p. t.
ociet. praeſes.
RENGGER, med. Bernenſis; Comm.
RÖMER, med. Turicenſis; Comm.
ROSCHET, chir. Baſileenſis.
ROSSELET, iun. med. Bernenſis.
RVEPP, chirurg. Sarnenſtorfenſis.

RVFFLI,

RVFFLI, Seangenſis.
RVTSCHMANN, Hüntwangenſis.
SCHAER, medic. Arbonenſis.
SCHALCH, medic. Scaphuſanus; Comm.
SCHERB, med. doct. et conſiliarius ſenior Epiſcopicellenſis, Comm.
SCHINZ, medic. Turicenſis; Comm.
SCHLAPPRIZ, chirurg. Arbonenſis.
SCHMID, iun. med. Steinenſis.
SEELMATTER, med. Zofingenſis; Comm.
SPÖRRI, chirurg. Waldenſis.
STAVB, chir. Pfefficonenſis.
STAVB, chir. Humbrechticonenſis.
STEGER, chir. Lichtenſteigenſis.
STRAEHL, medic. Bernenſis.
STVDER, chir. Guinterodurenſis.
STÜCKELBERGER, med. Baſileenſis; Comm.
SVLSER, med. Azmooſenſis.
SVLZER, med. Guinterodurenſis; Comm.
SVLTZER, pharmacop. Guinterodurenſis.
TANNER, chir. Gallenſis.
TOGGENBVRGER, medic. Marthalenſis.
TSCHVDI, chirurg. Schwandenſis.
VSTERI, medic. Turicenſis; Comm.
WALDMANN, chirurg. Arbonenſis.
WEGELIN, poliater Gallenſis; Comm.
WEIDMANN, chirurg. Niederweningenſ.
WEPFER, chirurg. legionarius, Scaphuſanus.
WETTER, medic. Gallenſis; Comm.
WIPF, chirurg. legionarius, Scaphuſanus.
WIRTH, medic. doctor Lichtenſteigenſis.
WISER, chirurg. Turicenſis.
WOHLLEB, med. Baſileenſis.
WÜRZER, chirurg. Heriſauenſis.
WYSS, poliater Bernenſis; Comm.
ZOLLIKOFER, medic. Altenklingenſis.

ZWIILI, Mollisensis.

ZWINGER, chirurgicarum operationum artifex piscopicellensis.

ZWINGLI, chirurg. legionar. Turicensis.

Membra honoraria.

BALDINGER, Princ. Landgrafio Hassocasselensi consiliis intimis, prof. Marburgensis.

BATSCH, prof. Ienensis.

BILGVER, chirurg. generalis Berolinensis.

BLVMENBACH, Regi Angliae a consiliis aulae, rof. Gotting.

ESCHENBACH, prof. chem. Lipsicus.

FISCHER, prof. Gottingens.

FRANK, a consiliis gubernii, profess. Ticinensis.

GMELIN, a consiliis aulae, prof. Gottingensis.

GOHL, medicus Trossingensis.

GRVNER, Seren. Duci Saxo-Coburg. a consil. tim. aul. et prof. Ienens.

HARTENKEIL, a consil. aulae, prof. Salisurgens.

HEBENSTREIT, prof. Lipsicus.

HECKER, a cons. aul. prof. Erfurt.

HEDWIG, prof. Lipsiens.

HERMANN, prof. Argentinensis.

HOFFMANN, prof. Gottingensis.

HVFELAND, Seren. Duci Vinariensi med. aul.

HVNKZOVSKI, prof. Vindobonensis.

ISELIN, chirurg. Müllheimensis.

IVNKER, prof. Halensis.

KAMMERER, medicus Rotweilensis.

KARG, profess Constantiensis.

LEISLER, medicus physicus Müllheimensis.

LODER, a consiliis aul. prof. Ienens.

LVDWIG, profess. Lipsicus.

MEDERER, profess. Friburgensis.

MEKEL, profeſſ. Halenſis.
MELCIN, med. Kemptenſis.
MERK, med. Rauensburgenſis.
METZGER, a conſ. aul. prof. Regiomontan.
METZLER, a conſ. aulae Sigmaringenſis.
PLATNER, profeſſ. Lipſicus.
PLOVCQVET, prof. Tubingenſis.
RICHTER, a conſiliis aulae. prof. Gotting.
SCHREBER, a conſ. aul. prof. Erlang.
SOEMMERING, a conſ. aul. prof. Mogunt.
SPRENGEL, prof. Halenſis.
STARK, a conſ. aul. prof. Ien.
STVPFER, chir. Müllheimenſ.
THEDEN, chirurg. general. Berolinenſis.
THVESSING, med. Haganus.
WEBER, med. Heilbronnenſis.
WENDT, a conſ. aulae, prof. Erlang.
ZIEGLER, med. et ſenator Guinterduronen.

XII.

Catalogus librorum, qui in Germania CIↃIↃCCLXXXXI. prodierunt.

ABBILDUNGEN *der hundert deut. wild. Holzarten, nach dem Nummernverzeichniß im v.* BURGSDORF *Forſthandbuche, als eine Beylage zu dieſem Werke herausgegeben v.* REITTER *u.* ABEL. *Heft* 1. 2. *K. Tubing.* 4.

ABBILDUNG *und Beſchreibung der Fiſche, ſonſt von* HEPPE, *jetzt v.* S. G. WAGNER *beſchrieben. Heft* 4. *m. ausgem. Kupf. Nürnb.* 8.

ABBILDUNGEN *der Schwämme. Heft* 2. *mit illum. No. XI — XX. Berlin.* 4.

ABHANDLUNG (*erfahrungsmäßige*) *von d. Seuche u. d. Krankheiten d. Rindviehes: a. d. Berl. Beyträgen.*

Landwirthsſchaftwiſſenſch. beſond. abgedr. Zw. und verm. Ausg. Berl. 8.

— über die Würkungen d. ſtärckſt. u. reinſt. Pflanzenſäure, als äußerliches Heilmittel. Leipz. 8.

— vom Dünkel, deſſen Natur und Beſchaffenheit, Nutz. u. Gebr. nebſt ein. Anweiſ. wie aus demſelb. das feine Mehl zubereit. werde, u. ein. in Kupf. geſtoch. Abriß d. hierzu nöth. Gerbemühle. Jen. 8.

ABHANDLUNGEN der von d. Landgraf. zu Caſſel geſtifteten ſtaatswirthſchaftl. Geſellſch. zu Marburg, m. Kupf. Offenb. 8.

— (neue) d. kön. ſchwed. Akad. d. Wiſſenſch. aus der Naturlehre, Haushaltungskunſt u. Mechan. aus dem ſchwed. überſ. v. KAESTNER, u. BRANDIS. B. XI. m. Kpf. Leipz. 8.

ABTHEILUNG der Gehölze in iährl. Gehaue; eine Rechnungsaufgabe. Dreſden. 4.

ACKERBAU-KATECHISMUS, od. Anleitung zur verbeſſerten Landwirthſchaft. Neuwied. 8.

ACKERMAN'S (I. C. H.) Verſuch üb. die Prüfung der Luftgüte; nebſt ein. Beytrag z. mediciniſch. Policey. Leipz. 8.

ACKERSYSTEM (Arndtiſch-Riemiſches) zum einträgl. Ackerbau practiſch entworfen von ARNDT, u. mit Anmerk. vermehrt v. RIEM. Leipz. 8.

ACTA acad. elect. Mogunt. ſcient. quae Erfordiae eſt, ad ann. 790. 91. c. fig. Erford. 4.

— noua phyſ. med. acad. caeſ. Leopold. Nat. Curioſ. T. VIII. c. f. et append. Norimb 4.

— reg. ſociet. med. Haunienſis. Vol. II. Haun. 8.

ADAIR'S (I. M.) medic. Warnungen f. Perſ. v. ſchwächl. Geſundh. nebſt einer Abh. über Modekrankh. u. das Verh. bey Brunnenkuren; a. d. engl. v. D. C. F. MICHAELIS. Zittau u. Leipz. 8. auch unter folgend. Titel:

— phyſiolog. u. diätet. Schriften. Th. II.

ALBERTUS *Magnus v. d. Geheimn. d. Weib. od. Abh. u. d. Erzeug. d. Menſch. d. Schwanger ſch. d. Geburt u. d. gewöhnl. Krankh. der Frauenz. u. Kind. Zum Unterr. abgeh. v. Dr.* I. H. BRAND. *Zw. verb. Aufl. m. Kpf. Wien.* 8.

ALBINI (B.) cauſae et ſigna morborum. To I. Gedan.

ALMANACH *od. Taſchenbuch f. Apotheker und Schwedekünſtler a. d. Jahr* 1792. *Weim.* 12

ALTHOFF'S (LUDW. CHR.) *practiſche Bemerk. üb. einige Arzneymittel. B.* I. *Götting.* 8.

ANLEITUNG *f. d. Landvolk, das Vieh ſowohl in geſunden als krank. Tagen gehör. zu behandeln. Nach d. Muſt. d. beſt. Veterinarier. Augsb.* 8.

— *zum Küchengartenbau nach d. beſt. bish. bekannt gewordenen Verfahrungsarten. Stralſ. u. Leipz.* 8.

ANMERKUNGEN (*antiphlogiſtiſche*) *des Hrn.* DE MORVEAU, LAVOISIER, DE LA PLACE *u. a. zu* KIRWANS *Abhandl. v. Phlogiſton, nebſt* KIRWANS *Replik u. d. Duplik d. franz. Chemiker; a. d. franz. v. Dr.* FR. WOLFF. *Berl.* 8.

ANNALEN (*neueſte*) *d. franz. Arzneykunde, herausgeg. v. D.* W. L. HUFELAND. *B.* I. *m. Kupf. Leipz.* 8.

ANWEISUNG (*practiſche*) *f. d. Bürger u. Landmann, alle Krankh. d. Menſchen u. Thiere in kurz. Zeit und ohne Jemands Hülfe aus dem Grunde zu heilen. Nebſt ein. Anleit. wie Menſchen, die plötzlich umgekommen ſind, wieder z. Leben zu bringen. Neuwied.* 8.

— (*practiſche*) *gute Weingärten anzulegen, zu unterhalten, und ſchlechte zu verbeſſern, v.* P. N. *herausg. v.* B. S. NAU. *Maintz.* 8.

APOTHEKERTAXE (*hochfürſtl. fuldaiſche*) *neue revidirte. Frankf. a. M.* 8.

BACH'S (ANT.) *ſichere Anleitung, wie man bey Krankheiten ſich u. dem Arzte eine glückl. Kur machen könne. Breßl. u. Hirſchb.* 8.

BALDINGER'S *med. Journal. Heft* 24. 25. *Götting.* 8.

ALDINGER's *neues Magazin für Aerzte. B. XII. St.* 1 — 4. *Leipz.* 8.

ANGER's (CARL) *ſyſtemat. Forſtkatechismus. Stuttgard.* 8.

ATH (ROB.) *über den Charakter des Arztes, nebſt medic. Rathſchlägen und Bemerkungen in verſchied. Unpäßlichkeitsfällen. Nach d.* 3. *Lond. Ausg. überſ. v. Dr.* CH. FR. MICHAELIS. *Leipz.* 8.

ATSCH (A. I. G. C.) *botaniſche Bemerkungen. St.* 1. *m. K. Halle.* 8.

— *Sammlungen zur Kenntniß d. kleinen Conchilien, mit neuen Abbild. nach Originalen. Ien.* 4.

— *Verſuch einer hiſtor. Naturlehre, ſ. Naturfreunde. Th.* 2. *Halle.* 8.

AUMES *von den Convulſionen der Kinder, von ihren Urſachen u. ihrer Behandlung. Leipz.* 8.

AUMGARTEN (I. C. G.) Flora Lipſienſis, ſiſtens plantas in agris circuli Lipſ. tam ſponte naſcentes, quam frequentius cultas, ſec. ſyſt. ſex. reuiſ. atque emend. c. tab. aen. Lipſ. 8.

ECHSTEIN's (I. M.) *gemeinnütz. Naturgeſch. Deutſchlands, nach allen* 3. *Reichen etc. B.* 2. *welcher d. Vögel enth. m. illum. Kupf. Leipz.* 8.

ECLER's (HERM. FR.) *Beſchreibung d. Bäume und Sträucher, welche in Mecklenburg wild wachſen, zum Gebr. d. Landleute u. Förſter. Roſtock.* 8.

EER's (I. G.) *pract. Beobachtungen über Augenkrankh. vorzügl. über jene, welche aus allgem. Krankh. des Körpers entſpringen, für Aerzte und Wundärzte, m. Kupf. Wien.* 8.

EITRAEGE (*Berliner*) *zur Landwirthſchaftsw. B.* 8. *St.* 8. *Berlin.* 8.

— (*neue Berliner*) *zur Landwirthſchaftswiſſenſchaft. B.* 1. *St.* 1 — 5. *Berl.* 8.

EKMANN's (IOH.) *phyſikaliſch-oekonomiſche Bibliothek. B. XVI. St.* 4. *B. XVII. St.* 1. *Götting.* 8.

BELL'S (BENI.) *Lehrbegriff d. Wundarzneykunſt; a. d. engl. mit einigen Zuſätzen u. Anmerk. Th. 1; neue verbeſſ. und verm. Auflage. Leipz. 8.*

BEMERKUNGEN *über die bisherigen beſondern Erklärungsarten d. Schwaengerung; a. d. engl. v. D. C. H.* MICHAELIS. *Zittau u. Leipz. 8.* –

— *und Erfahrungen in Rückſicht der Mittel zur Verminderung und Tilgung d. Baumraupen. Leipz. 8.*

BEOBACHTUNGEN *auf Reiſen nach dem böhmiſchen Rieſengebürge, mineral. botan. phyſik. oryktol. und meteorol. Inhalts von* HRASECK, HAENKE, GRÜBER *u.* GERSTNER, *m. Kupf. Dreſd. 4.*

— *und Entdeckungen a. d Naturkunde, v. d. Geſellſchaft naturforſch. Freunde zu Berlin. B. IV. St. 2. m. Kupf. Berlin. 8.*

BERMILLER (W. F.) *der kluge Landwirth, eine Geſchichte unſerer Zeiten, od. kurzgefaßter Unterricht v. d. Landwirthſch. nach ihrem ganzen Umfange etc. München. 8.*

BEROLDINGEN (FRZ. *v.*) *die Vulkane älterer u. neuerer Zeiten, phyſik. und mineral. betrachtet. B. 1. 2. Mannh. 8.*

BERTRANDI'S (AMBR.) *Abhandl. v. vener. Krankheiten; a. d. ital. überſ. mit Anm. v. Dr.* K. H. SPOHR. *Th. 2. m. K. Nürnb. 8.*

BESCHREIBUNG *des Salzwerks zu Schönebeck im Magdeburg. u. d. Gradierwerks zu Groſſenſalze, nebſt ein. Anmerk. zur Salzwerkskunde. Berl. 8.*

— *des Feld- u. Wieſenbaues, wie auch der Baumzucht in den ruſſiſch. Staaten; a. d. Ruſſ. überſ. u. mit Anm. von* RIEM. *Dreſd. 8.*

BIBLIOTHEK *d. geſammten Naturgeſchichte, herausg. von* I. FIEBIG *u.* B. NAU. *B. II. St. 1—4. Frankf. a. M. 8.*

BIBLIO-

BIBLIOTHEK *der neueſten mediziniſch - chirurgiſchen Literatur. Herausgeg. v. Dr.* HUNCZOWSKY *und Dr.* SCHMIDT. *B. 3. St. 1. m. K. Wien.* 8.

BILGUER's *Erinnerung für d. Bemerk. z. Erweit. der med. u. chir. Erkenntniß; nebſt ein. Abhandlung von Hundskrampf bey Wunden. Berl.* 8.

BISCHOF's (CARL AUG.) *phyſ. technolog. Handbuch, od. Nachr. u. Beſchreib. aller Naturproducte u. ihrer Zubereitung. Th. 1. 2. m. Kupf. Nürnb.* 8.

— *angenehme Unterhaltungen üb. d. geſtirnten Himmel, z. Kenntniß d. Welt u. d. Himmelskörper; mit Kupf. Nürnb.* 8.

BLUMENBACH's (I. F.) *mediciniſche Bibliothek. B. 3. St. 3. Götting.* 8.

— — *Handbuch der Naturgeſchichte, m. Kupf. Aufl. 4. Götting.* 8.

— — *Beyträge zur Naturgeſchichte. B. 2. Ebend.* 8.

— — *über den Bildungstrieb. Neue verbeſſ. Auflage. Ebend.* 8.

BLUMENSCHEIN's (M. G.) *Erfahrungen und Beobachtungen a. d. Thierarzneykunde. B. 1. enthält die Kopfkrankheiten. Saltzburg.* 8.

BOCK (IOH. FR.) *an Hrn. Hofr.* HAGEN *zu Berlin üb. deſſen Sendſchreib. an Hrn. Hofr.* STARK *zu Jena. 2. höchſt merkwürd. u. ſchwere Geburtsfälle betreff. Berl.* 8.

BODE (IOH. EL.) *allgem. Unterſuch. üb. die Lage und Austheil. aller bisher berechneten Planeten- u. Kometenbahnen, m. ein. großen Charte. Berl.* 8.

— *aſtronomiſches Jahrbuch f. d. Jahr* 1794. *nebſt einer Samml. d. neueſt. in d. aſtronom. Wiſſenſch. einſchlagenden Abhandl. Beobacht. etc. mit Kupfern. Berl.* 8.

BOECKH's (IOH. G.) *Beyträge zur medicin. Elektricität. Erlang.* 8.

BOER's (H. I.) *Abhandl. u. Verſuche geburtshülflich… Inhalts. Th.* 1. *Wien.* 8.

BOHNENBERGER's (G. C.) *Beſchreib. einiger Elektri… ſirmaſchinen und elektriſchen Verſuche. Fortſetz. … u. letzte. Stuttgard.* 8.

BORKHAUSEN's (M. E.) *Verſuch ein. forſtbotan. Be… ſchr. d. in den Heſſendarmſtädtiſchen Landen, … in d. Obergrafſch. Katzenellenbogen im Freyen wach… Holzarten. Frankf. a. M.* 8.

BORN's (IOS. *Freyherrns v.*) *freymüthige Briefe über … d. Holzmangel in d. oeſterreich. Staaten u. die Mittel … ihm abzuhelfen. Wien.* 8.

BÖTTCHER's (IOH. FR.) *vermiſchte medicinisch-chi… rurgiſche Schriften. Heft* 1. 2. *Königsb.* 8.

BOUWINGHAUSEN's (*v.*) *Belehr. f. d. Landmann … tödtlichen Seuchen unter Pferden u. Rindvieh. Nörd… lingen.* 8.

